¶ Opusculum epistolarum familiarium & artis earūdem scribendi: maxime in generibus uiginti. Ad quæ tamen singulæ quibus nunc utimur species deducuntur. Suntq; genera ista uidelicet.

Epistola commendatitia.
Epistola petitoria.
Epistola munifica.
Epistola demōstratiua siue laudatiua & uituperatiua.
Epistola eucharistica siue regratiatoria.
Epistola amatoria.
Epistola lamentatoria.
Epistola consolatoria.
Epistola expositiua.
Epistola gratulatoria.
Epistola exhortatoria.
Epistola dissuasoria.
Epistola inuectiua.
Epistola expurgatiua.
Epistola domestica.
Epistola communis.
Epistola iocosa.
Epistola commissiua.
Epistola regia.
Epistola mixta.

Horum autem generum quodlibet suas habet species ut locis suis in sequentibus studiosis horum patebit lucidissime.

¶ Opuſculū ſcribendi Epiſtolas Franciſci Nigri Incipit Foeliciter.

¶ Frācīſcus Niger: Venetus: Doctor: Clariſſimo uiro: Iacobo geroldo: Styro Cniteleldenſi: Paa uini Gymnaſii Moderatori excellētiſſimo: Ac utriuſq; uirtutis cultori Foelicitatem.

NVma Pōpilius: q poſt Romulū ſecūdus: Romani regni Monarchiā Regioſq; faſces foelici ſidere conſecutus eſt: licet cum in ſabinis eſſet ſolitudinē tantum: uniuiſq; egenæ ſuæ: cæteris ſpretis: confabulationē delegiſſet: necunq̃ populari ſe iſtituto miſcere uoluiſſet: ad ſūmū tñ regni apicē deuectus: qd unicuiq; gētis ſuæ ordini neceſſariū foret: ſūma ſemp uigilātia exequi curauit. Vnde & romani moris & uetuſtatis iſtaurator ē appellatus & poſt mortē diuino (ut creditur) ſtēmate donatus. Hoc tu cōſiderās: Iacobe gerolde uir clariſſime: licet ſuperioribus annis: dū priuatā uitam ageres. tuæ tantū utilitati primū inſudans ut ſtoicum uirū decebat: bonarū omniū artiū ſtudio indulgeres: nec alienis in negociis impeditū eſſe delectaret: ne odioſus uidereris aliorum cenſor fieri uelle. Cū tamē ad honoratā iſtā moderationē tuam primū aſcēdiſti in qua non tantū uidebas: tibi iuris utriuſq; moderamina ſuſcipienda eſſe: quo te duce facilius ad

eius apicem po ssent uiri studiosi pertingere. Sed cum etiã multi occurrerent: qui hoc in humili dicẽdi genere: quod familiare dicimus: tanq̃ arduũ quoddã munus aggressuri: difficiles uidebantur posse proficere. Tu sane illorũ laborẽ miseratus: quibus maxime necessarium fore uidebas: si ad iuris tam diuini q̃ humani anfractus contenderẽt: non solum oratoriam illã sublimẽq; facundiã haurire: sed hanc quoq; inferiorem: ex cuius uestigio ad illam facilior sit cõscensus. Me rogasti: ut q hoc in gymnasio tuo publicas humanitatis lectiões pfiterer: humanũ etiã hoc negociũ tuo amore susciperẽ: quo & tibi gratificarer: & ad hoc familiare scribendi genus aspirantibus meo labore pdessem. Ego aũt: q tuis i me plurimis maximisq; beneficiis: tibi adeo deuinctus sum: ut si uitã etiam pro tua dignitate effundam: uel minimã adhuc nõ uideat meritorũ tuorũ partem assecutus: ut tuæ morẽ gererẽ uolũtati studiosisq; iuuenibus: meo labore aliq̃d emolumẽti afferrẽ: familiarẽ quãdã scribendi artẽ repperire conatus sum: longe quidẽ ab illã forensi & graui semotã. Quã cũ in unũ corpus redegissem: ad te uir integerrime bonis auibus mittere decreui: qui cũ semp bonarũ artiũ studiosus extiteris: quibus nõ minus ipse splendoris reddere studuisti: q̃ illæ tibi: cũq; semp doctos uiros adeo excolueris: ac piẽtissime cõplexus sis: ut te utriusq; uirtutis parentẽ omnis merito academia iã appellare nõ dubitet: mihi dignus uisus es: cui opusculũ hoc nostrum cõmẽdaretur: ut illud a maliuorũ morsibus tuereris. Ad te igitur uenientẽ suscipe libellũ: & inter reliquos codices tuos: quos & plurimos & doctissi-

mos i celiberrimam bibliothecá tuá undiq3 collegisti:
hũc quoq3 nostrũ:tanq̃ illorũ seruulũ collocato. Nó
enim indignũ erit:inter tot sapiẽtissimos uiros:quo-
rũ monuméta splendidissimo pluteo tuo seruátur:fa-
mulátẽ quoq3 nostrũ accedere codicillũ:cui scio utrá-
q3 foelicẽ seruitutẽ futurá. Opus aũt ipsum facile cõse-
quemur:si primo epistolarũ genera declarabimus: ad
quæ singulæ quibus nunc potissimũ utimur:species
deducũtur. Secũdo si clausularũ ad tales epistolas faci-
entiũ:elegátiá breuiter exponemus. Postremo si uni-
cuiq3 uirorũ ordini accómodatos titulos:unico tanq̃
axiomate absoluemus. Sed iá bonis auibus susceptæ
prouinciæ:nostriq3 instituti sumatur exordium.

¶ Fracisci nigri ueneti doctoris: pro nouitiorũ ado-
lescẽtiũ:ad pedestrẽ orationẽ aspirantiũ utilitate: Cla-
rissimo uiro: Iacobo geroldo: Styro: Cnitelfeldẽsi pa-
tauini gymnasii moderatori excellentissimo: ac utrius-
q3 uirtutis cultori: ischnos dicendi modus: piẽtissime
sacratus: inchoat.

Præfatio.

S Cribendarũ epistola-
rum initiũ licet multi
uariis causis ascribát:
illud ego tamẽ uerius
existimauerim quod
in turpilianis fabulis
uetustissimis memo-
riæ traditũ accipimus
nó alia. s. de causa epi-
stolá fuisse repertá: ni-
si ut absentes amicos

hoc tantũ remedio presentes redderemus: eorũq; litteras intuẽtes: interuallo locorũ ac temporũ interpolatam aliquãtisper amicitiã instauraremus: quæ cum pōtissimũ in diuturna cõsuetudine fundamẽta facere soleat: ea prætermissa: non parũ quidem labefactari uidetur. Diuinã igitur nõ immerito epistolã appellauerim: quæ diuino fungens officio: diuinũ quoq; in nobis opus efficiat.

Epistolæ diffinitio: genera: ac species: cum suis regulis & exemplis. Libellus primus.

Epistola est oratio pedestris: quæ absentes amicos præsentes facit: tã ad uoluptatẽ: q̃ ad utilitatẽ tũ publicã tum priuatã: diuinitus excogitata. Epl'arũ aũt genera sunt uiginti: primũ. s. cõmẽdatitiũ. secũdũ petitoriũ. tertiũ munificum. quartum demõstratiuũ. quintum eucharisticum. sextum amatorium. septimum lamentatoriũ. octauum consolatorium. nonum expositiuũ. decimũ gratulatorium. undecimum exhortatorium. duodecimum dissuasorium. tertiũdecimũ inuectiuũ. quartũdecimũ expurgatiuum. quintũdecimũ domesticum. sextũdecimũ cõmune: decimũseptimũ iocosum. decimũoctauũ cõmissiuum. decimũnonũ regium. uigesimũ & ultimũ mixtum.

Cõmendatitiũ genus. Caput primũ.

Commendatitiũ genus est illud: quod fit in alicuius certæ persone cõmẽdationem: ad demonstratiuã uel iudicialẽ causam accõmodatum: huius autem generis species sunt duæ. Vna. s. epentica. Altera uero dicæanica.

Commendatitia.
Epentica Dicæanica.
Ciuilis Criminalis.

¶ Epētica ep̄la cōmēdatitia est illa: quæ scribit̄ i alicu ius certæ p̄sonæ cōmēdationē: p̄ aliq̄ dignitate consequenda. Cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si cōmēdatitiā epistolā: quæ epētica dr̄ scribere uo luerimus: illā in p̄tes q̄ttuor diuidemus. In q̄rū prima ab ea p̄sona beniuolētiā captabimus: ad quā scribimus laudantes illā uel a liberalitate siue munificētia: qua in oēs utitur: unde nobis maxima exoriat̄ fiducia ad ipsā ueniēdi: cum spe id facile obtinēdi quod cupimus: uel etiam ab alia uirtute: & maxime ab illa: cuius est is plenus: quē cōmendare uolumus: dicentes eā p̄sonā semper fuisse assuetā talibus uiris fauere: cū ipsa ex eorum numero sit. In secunda uero beniuolentiā captabimus ab eius persona quā cōmendare intēdimus: ipsam maxime laudantes: dicentes quoq; ipsam propter uirtutes suas oibus esse gratissimā: & nobis præcipue: qui eius cōsuetudine diutius usi fuerimus. In tertia aūt rē ipsam exponemus: quā ipetrare cupimus: illā eē iustā honestā & facilē arguētes: & ex q̄ maximū sit honorē cōsecuturus ille: ad quē scribimus: si uoluerit illi amico nostro fauere: quem cōmendamus. In ultima uero p̄te uel aliquod p̄miū pollicebimur: uel potius p̄petuam seruitutē nostrā offeremus: si quod petimus cōsequi poterimus: dicētes q̄ qcquid in ipsū amicū factū fuerit tāq̄ i nos ip̄os factū existimabimus. Propositio

¶ Cōmendetur Cæsar sempronius: pro equestri dignitate cōsequēda. Exemplum. pars.i.

¶Nō auderē iuictissime cæsar tā familiariter ad maiestatē tuā scribere: ne temeritatis uitio notādus essem: nisi te oium humanissimum oiumq̧ adeo benignissimū esse perspicerem: ut eos etiā: quos nūq̄ uideris nō cesses in dies tua tibi beneficētia deuincire: unde fit: ut ego quoq̧ ad te uenire nō dubitē: cum sūma spe id obtinendi: quod a te potissimū ipetrare cupio. ii. ¶Sempronio nāq̧ uiro strenuissimo multos annos utor ualde familiariter: qui & suo splendore: & utriusq̧ uirtutis isignibus: omni populo modo adeo gratus est: ut quē illi præferant: habeant profecto neminē. iii. ¶Is enim cum annis exactis: hac in expeditione tua pānoniæ multa quidē atq̧ præclara de se stratagemata præstiterit quibus apud oēs milites tuos maximā sibi gloriam comparauit: emeritus nunc miles in patriā quietem reuerti cupiens: uellet meritam militiæ suæ laureā consequi: proinde me exorauit: ut eum tuæ maiestati cōmendarē. iiii. ¶Ego igitur: qui eius petitionē instā esse & honestā uideo: ut is. s. digno laborū suorū præmio cōdonet: quo reliqui magis ad uirtutē accendāt: tuæ illū iuictissime maiestati sūmopere cōmēdo: ut eū eū militari stēmate decoraueris: & meā itelligat cōmēdationē nō fuisse uulgarē: & tibi imortalē grām sit habiturus. Vale. ¶Dicæanica ciuilis.

¶Dicæanica epl'a cōmendatitia est illa: quæ scribitur in alicuius certæ personæ cōmendationē: pro aliquo negotio expediendo. Huius aūt epistolæ species sunt duæ: una. s. ciuilis: & altera criminalis.

¶Dicæanica epl'a cōmēdatitia: quæ ciuil' dicit': ē illa. q̄ scribit' i alicuius certæ p̄sonæ cōmēdationē, p̄ aliq̄ fo

rẽsi cã expediẽda: cuius ep̃lę tal' est regula. Regula
¶ Si cõmẽdatitiã ep̃lam dicæ anicã quæ ciuilis dicit: scribere uoluerimus: illã sil'r in p̃tes q̃ttuor diuidemus In q̃rũ prima beniuolẽtiã captabimus ab ea p̃sona: ad quã scribimus. laudãtes ipsã a sũma iusticia & æq̃tate dicentesq; inde nobis maximã spem fuisse exortã. ꝙ amici nr̃i cãm cõmẽdatã suscipiet. In secũda uero beniuolentiã captabimus ab ea p̃sona: quã cõmẽdare uolumus: laudãtes ipsã ab oĩ uirtute: quã ei poterimus tribuere: & dicentes: ꝙ p̃pter tales uirtutes suas nõ solũ nobis: sed etiã omni populo sit gratissimus. In tertia aũt beniuolentiã captabimus ab ipsa re: de qua scriptu ri sumus: laudãtes ipsã a iusticia & æq̃tate: a facilitate & amplitudine: & ab utilitate: dicẽtes maximũ iudici futurũ honorẽ: si eã suscepit expediendã. In ultima uero p̃te petemus q̃d impetrare itẽdimus: dicẽtes p̃mo amicũ nr̃m maximã spem hr̃e: ꝙ p̃pter amorẽ nostrũ sit ei cõmẽdatus. deinde rogabimus: ut hæc spes eum non fallat: promittentes aliquod premiũ: ut in præcedenti epistola tactum est. Propositio.
¶ Commendetur iudici pomponius: pro forensi negotio suo expediẽdo. Exemplum. pars. i.
¶ Tãta est iusticia & æquitas tua excellẽtissime iudex quæ nõ mihi solũ: sed oibus etiã ciuibus istis notissima est: ut sine alterius patrocinio uiri: possit q̃sq; itrepidus ad te cõfugere: cũ sũma ac certissima spe: etiã cõtra acerrimos aduersarios suos uictoriã obtinẽdi. Vñ p̃ter amorẽ ac beniuolẽtiã illã: q̃ inter nos uterq; nr̃m deuictus ẽ: nõ mediocris etiã mihi fiducia suggerit. ꝙ si aliquẽ tibi lr̃is meis cõmendauero q̃ iiuste ab aduer-

ſario opprimatur: æquiſſimum illi fauorem tuum pſtabis.
ii. ¶ Cũ igitᷣ pöponio uiro optio p multos ãnos utar familiariſſime q ſingulari uirtute ſua: oibus q̃ gratiſſimus ẽ: cuius uirtus nõ obſcuro nec uario ſmone: ſed & clariſſima: & una oim uoce pdicaſ. Cũq; is magna quædã negocia & ãpla & expedita hẽat corã excellẽtia tua pagẽda: & ex qbus magnũ poſſet & honorẽ & decus cõſeq: me rogauit: ut eius tibi hæc negocia uellẽ p lr̃as cõmẽdare. Cõfidẽs ſe lr̃is iſtis apud te gratioſum fore. iii. ¶ Ego igitᷣ q talẽ uirũ maxie diligo: tũ ppter eius uirtutẽ: tũ maximã pbitatẽ eius cãs tibi ſũope cõmẽdo: rogoq; ut oibus i rebus eũ ita tractes: ut intelligat amicitiã nr̃am inter nos aliqd ualuiſſe: cui ipe ppetua erit ſuitute deuictus. Vale. ¶ Dicæanica criminal̃
¶ Dicæanica epiſtola cõmẽdatitia: quæ criminal̃ dicitur: eſt illa quæ ſcribitur in alicuius certæ pſonæ cõmẽdationẽ pro aliqua criminali cã expediẽda: cuius epiſtolæ talis eſt regula. Regula.
¶ Si cõmẽdatitiã epiſtolã dicæanicã quæ criminalis dr̃: ſcribere uoluerimus: illã ſilr̃ in ptes q̃ttuor diuidemus. In q̃rũ prima nõ amplius apte: ſed occulte beniuolentiã captabimus p inſinuationẽ: laudãtes primo pſonã illã ad quã ſcribimus: dicẽteſq; illã penitus abhorrere ab illo uitio: cuius fuerit notatus ille: quẽ commẽdare uolumus. deinde dicẽtes: nobis etiã ſũmope diſplicere quod tali uiro obiicitᷣ: aggrauãtes illũ quantũ poterimus. In ſecũda uero dicemus ꝙ licet ſup hac re deliberauiſſemus: nihil penitus ſcribere: tamẽ conſiderantes bonũ aliqd uel utilitatẽ publicã ſeu priuatã: quæ poſſet ex tali uiro pcedere: cũ excepto hoc uitio:

.i. falso accusat[illegible]

cuius isimulatus ē:alias sit bonus & honestus:conabimur ip̄m paulatim laudare:cócludentes: ꝙ hō nō res sit isp̄icieda. In tertia āt ei oibus uiribus nr̄is talē uirū cōmēdabimus: exponētes quāta sit inde utilitas secutura. In ultima uero offeremus ip̄m nō amplius esse talia facturū: sed potius semp̄ uirtutibus & bonis operibus uacaturū: offerētes similr̄ & operā nr̄am & talis uiri nūq̄ illi: ad quē scribimus eē defuturā. Propositio

¶ Cōmēdet Cæsari Milo: ꝙ q̄uis Clodiū interemit a capitis tñ mulcta liberetur. Exēplū. Pars. i.

¶ Noui Cæsar iuictissime: quātum semp ab incunte ætate ab oī penitus scelesto facinore fueris alienus: ita ut nullū nūq̄ uolueris flagitiosū uirū in hac tua ciuitate coalescere: & illū p̄cipue: q ab oī pietate semotus: in ꝑprios cōciues suos parricidiū cōmittere ausus fuerit ii. ¶ Vn̄ & ego quoq; non solū homicidas a me penitus alienos feci: sed eos tanto magis abhorrui: q̄to crudeliores sūt i pturbāda hoīum societate: quæ semp ab oibus mirifice tutāda ē. Hinc effectū erat: ut nullo pacto uellē: etiā rogatus: in Milonis fauorē ad tuā maiestatē scribere: nisi me cæteræ eius uirtutes coegissent: quæ tot & tātæ sūt: ut eas uix nūerare audeā. iii. ¶ Is eni excepto hoc facinore: qd̄ etiā iuitus patrauit: tanta semp fidei rēpu. nr̄am usus ē: ut sæpissime ꝑ eius salute suāda nō opes solū: sed & ꝑpriū sanguinē exponere nō dubitarit. iiii. ¶ Qd̄ cū mecū ipse cōsidero: non mihi uidet hoc casuale facinus tātarū uirtutū p̄mia abolere debere. Tuā p̄ide maiestatē exoro: ut nō rem sed hominē ipsū inspiciens: tāto uiro dignet ueniā p̄bere: qui & nunq̄ deinceps in tale facinus est lapsurus: & ꝑ

[Marginal note: ...ta .g. per la pen[a] ... d[e]... uero]

te:ut semp antea fecit: aīam ipam: si opus fuerit: est libētissime expositurus. Vale.

¶ Petitoriū genus. Caput.ii.

D Etitoriū genus est illud qd̄ fit p alicuius certæ rei ipetratiōe: quæ uel in aliq̄ gr̄a cōsequēda: uel in aliquo munere obtinēdo cōstituta ē. huius igit̄ generis spēs sūt duæ. Vna. s. gratiæ. altera uero rei. Petitoria.

Gratiæ. Rei.

¶ Petitoria ep̄la gr̄æ ē illa quæ ad aliquē amicū scribitur p alicuius rei incorporeæ impetratiōe: cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si petitoriā ep̄lam gr̄e ad amicum scribere uoluerimus: uel i doctrina: uel i cōsilio seu i aliquo pᷣocinio i petrādo: i qnq̧ ptes talē ep̄lam diuidere debemus: i. q̄rū p̄ma oportebit nos dātis facultatē declarare: ne forte se excusare possit q̄ si qret: id faceret. i scd̄a uero petitiōis nr̄æ honestatē & iustitiā ostendemus: ne forte si excusans amicus ille ad quē scribimus: diceret se facturū si æquū eēt. In tertia aūt rei petitæ modū: & facilitatē aperiemus: ut eo libētius eā cōseq̄mur: quo facilius fieri poterit. In q̄rta uero p̄miū pollicebimur: uel in aliquo p̄cio cōstitutū si mercenaria fuerit psona: ul' potius i s͠uitute ppetua offerenda: ut bonū uirum decet. Propositio aūt quæ qnta pars est: his supioribus ptibus interiicies ubi aptior eē uidebit̄. Propositio.

¶ Petatur a Cicerone pᷣocinium: i causa ualerii: quā coram iudicibus acturus est.

Exemplum. pars. i.

¶ Incredibilis illa facundia tua. Marce tulli: quæ in oī

um oculis mirifice elucescit: ita ut nullũ præter te: cēseat ciuitas nostra oratorem habere: qui & in forēsibus causis sapientia: iusticia: & æquitate utatur: & in cæteris rebus peragendis: nō minus sibi apud oēs splēdoris & gloriæ adiciat: me nũc potissimum ad te uenire cōpellit: cũ sũma fiducia id cōsequēdi: quod animus meus exoptat. ii. ¶ Est nãq mihi cũ aduersario meo iustissima quædã cōtrouersia: q cũ ab eo hæreditate spoliatus sim: peto ut in eam uolente sic iusticia reducar: ille autē nequissimo in me animo perturbatus suis studet cauillatiōibus me ab illa remouere. iii. ¶ Tuam igit in hoc casũ sapiam requiro: quæ i senatu corã iudicibus orationē habitura: nō solũ me ab his aduersarii calliditatibus absoluat: sed etiã in optãtã hereditatē inducat. iiii. ¶ Quod pfecto tibi facile futurũ est: si ad pris mei testamētũ aduerteris q pter oēs: me unicũ sibi hæredē legauit q̃uis patrui mei caliditate urgēte uidear ab hac penitus hæreditate alienus. v. ¶ Quod si feceris: ut spero: & opto: post legitimã mercedē tuam quæ tibi a me liberalr exponet: me sp hēbis: cui tãq mi nimo seruo posses in oibus tuis uotis ac desideriis iubere. Vale. Petitoria rei.

¶ Petitoria eplã rei ē illa. quæ ad aliquē amicũ scribit p alicuius rei corporeæ ipetratiōe: cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si petitoriã eplam rei ad amicũ aliquē scribere uoluerimus: pro aliquo munere ipetrãdo: istã silr eplam in partes qnq diuidemus. In quarũ prima beniuolentiam captabimus ab ea psona ad quam scribimus: laudãtes ipsam prius a liberalitate: deide potissimũ ab

auctoritate illius rei cõcedẽdæ: quã petimus. In secũda uero demonstrabimus petitiõis nostræ honestatẽ una cum summa ipsius rei petitæ necessitate sine q̃ uix facere possimus. In tertia autẽ ostẽdemus tali uiro facile esse nobis illud tribuere: quod petimus: & in hoc loco aperiemus ipsius uiri facultatẽ: non solũ in tali re: sed etiam in maiore multo eroganda. In quarta præterea premium aliquod pollicebimur: uel in precio constitutum: uel potius in aliqua seruitute: quæ animum nostrũ gratũ ostendat. Ipsam demũ propositionẽ inter partes istas: prout nobis melius uidebitur: interponemus: sicut in superiore p̃ceptũ est. Propositio.

¶ P[e]tamus a titio digestorũ opus quod nobis maxime affectamus. Exemplum. pars. i.

¶ Noui semper Titi eam esse ingenii tui cõditionẽ: ut ad uirtutẽ aspirãtibus uiris nõ opibus solum: sed etiã sanguine ipso: si opus foret benignissime subuenires. hacq; de causa non mediocre tibi apud oẽs nomẽ cõparasse: nec minorem quoq; a diis gratiã cõstitutã: q te tot tãtisq; opibus stipauerũt: ut facile etiã: p̃ter hanc bñficẽtiã tuã: possis oibus suppetias ferre. ii. ¶ Hinc ẽ q̃ cũ iam per multos ãnos iuri cæsareo operã prestem ac non possim propter librorum inopiam ad eius apicem p̃uenire: statuerim ad tuã opẽ cõfugere: sine qua aut nihil penitus hoc in gymnasio consequi potero: aut tãdẽ inceptã p̃uinciã deserere cogar. iii. ¶ Cũ igi[tur] tibi bonis uiris & ad uirtutẽ anhelãtibus tam facile sit opẽ subministrare: q̃ uelle & posse: cũ præsertim etiã multos tuæ fidei cõmẽdatos e limo (ut ita dixeri[m]) ad cælũ usq; sustuleris. iiii. ¶ Tuã p̃ide bñficẽtiã exoratã

velim.

uelim: ut mihi digestum unũ dignetur elargiri quo in ceptũ studiũ pficere possim: & tibi non mediocrẽ glo riã adiungere. v. ¶ Quod si feceris ut spero & opto: tãti in me beneficii tui memoriã nulla unq̃ delebit ob liuio: sed tibi potius si debitas grãs agere uł referre nõ potero: sum tamen imortales habiturus. Vale.

¶ Munificum genus. Caput. iii.

Munificũ genus est illud: quod fit pro ali cuius certæ rei errogatiõe: quæ uel in aliq̃ gratia elargiẽda: uel in aliquo munere cõ donãdo: costituta est. Huius igitur gene ris species similiter sunt duæ. una. s. gratiæ: altera ue ro rei.

Munifica. Gratiæ rei

¶ Munifica epistola gratiæ ẽ illa: quæ ad aliquẽ ami cũ scribitur. pro alicuius rei incorporeæ errogatõe: cu ius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si munificã epistolã gratiæ ad amicũ aliquẽ scribe re uoluerimus: uel in doctrina uel cõsilio: seu i aliquo patrocinio errogando: illã in tres ptes diuidemus. In quarũ prima captabimus beniuolentiã ab ea persona ad quã scribimus: demõstrantes: q̃ propter amorem & beniuolentiã: qua in eam sumus affecti: deliberaui mus talem gratiã ei cõferre: qualẽ ipse per litteras suas petiuerit: uel qualem nos scimus ipsi esse necessariam In secũda uero exponemus munus nõstrũ: quod ipsi amico uolumus errogare: ipsum q̃to honestius poteri mus laudantes: ad hoc ut ipsi gratum sit ut ab ipsa re uideamur beniuolentiã nobis cõstituere. In tertia aũt & ultima offeremus eidẽ amico operã nostrã: in cæte

ris rebus q̄ libētissime accōmodatā: dūmō possimus ei ré gratā facere: declarátes hoc esse amici officiū: ut in rebus omnibus debeat alteri amico operam suam prebere. Propositio.

¶ Polliceatur Cicero patrocinium suū ualerio: in causa forensi: quam coram iudicibus acturus est.

Exemplum. pars.i.

¶ Accepi tuas litteras Valeri charissime: ex quibus intellexi quáto desiderio afficeris: ut tibi in cōtrouersia tua patrociniū meum præstare uelim: quod profecto me: facere: cogit non solū causæ tuæ iustitia & æqtas quæ oium uirorum bonorū fauoré merito consequi debet: sed etiá amor ille & beniuolétia singularis: qua semper ab ineunte ætate in omnes tuos: in teq̧ præcipue affectus sum.ii.¶ Tibi proinde non solū patrociniū meū in hac tua causa polliceor: uerū etiá oém offero fauoré: quē amicissimus quisq̧ alteri debet amico cōicare: ita ut nullū penitus laboré recusaturus sū: dū tibi gratificari possim: quod adeo libenter exequi conabor: ut si res mea propria agerer: sed hoc melius fieri: q̄ scribi aut dici uolo.iii.¶ In cæteris autem rebus: quæ per me tua gratia effici poterūt: offero me tibi in omnibus adeo deuotū: ut scias me nihil gratius exeq posse q̄ quod tuæ sensero gratū esse uolūtati: cui oém operá meam: in omnibus optatis tuis q̄libētissime parata offero. Vale. ¶ Munifica rei.

¶ Munifica epistola rei est illa quæ ad aliqué amicum scribitur: pro alicuius rei corporeæ errogatione. cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si munificá epistolá rei ad amicū aliquem scribere

uoluerimus: pro aliquo munere erogando: istá simili ter epistolá in ptes tres diuidemus. In quarū prima ca ptabimus silr beniuolentiá ab ea psona ad quá scribimus declarantes: ꝙ ppter amorē & beniuolētiá: qua i ipsam simus affecti: deliberauerimus ei tale munus facere: quale ipse a nobis per lras petiuerit: quia maxime scimus ipsum tale donū nō solū ei gratissimū futurū sed etiá maxime accōmodatum. In secūda uero conabimur oibus uiribus nris ipm munus nostrū cōmendare: cū omni tñ modestia & sapia: ne ui deamur ipm laudátes: de nobis iactanter loqui: & silr in hoc loco conabimur ostendere ꝙ hoc tantū fecerimus ea de cá: quia sumus ualde inclinati ad oia faciēda: quæ scimus tali amico nro esse utilia & grata. In tertia uero & ultima offeremus silr in cæteris rebus oē.n operá nostrá amico accōmodatá: dūmō sciamus illi gratificari: & aliquid emolumenti afferre. Propositio.

¶ Mittat titius digestorum opus arcadio: quod ipse ab eo per litteras exposuerat. Exemplū. pars. i.

¶ Litteræ tuæ: q̄s pximis diebus accepi: me adeo oblectarunt arcadi charissime: ut inter cæteras molestias meas: hec mihi maxima profecto cōsolatio fuerit. Cū pcipue nihil aliud affectē: q̄ ut tibi me gratificari senti am: & maxime cum uideo iandiu te lris & bonarū artiū studio adeo deditū esse: ut quē tibi pferá: habeam pfecto neminē: quod mihi tanto gratius est: q̄to maior est amor & beniuolentia: qua in te afficior: quæ te etiá indies exoptat in maiorē uirū euadere. ii. ¶ Quapropter cum a me per lras easdē petieris digestorum opus: ut eo facilius possis inceptum studium pficere:

quo maior tibi dabit cõmoditas studendi: deliberaui æquidẽ desiderio tuo satisfacere. Vnde expedito subito hoc nuncio: cui ad te lr̃as istas dedi: misi libentissime tibi opus: quod tãtopere cupiebas: ut eo i tuis studiis adeo familiariter uti possis: ꝙ & tibi utilitatẽ maximã: & mihi non minorẽ leticiã adiũgat: nã profecto q̃to magis te diligo: tanto maiore afficior cupiditate: te aliquãdo in huiuscemodi artiũ nostrarũ palestra uictorẽ uidendi. iii. ¶ Si quid est præterea: q̃d tibi gratũ efficere possim & periucundũ: tuũ est ꝑcipere: meũ aũt exhilari fronte mãdata tua exeq̃: cui etiã oẽm operã meã offero: in omnibus optatis tuis q̃libentissime accõmodatam. Vale.

¶ Demonstratiuũ genus. Caput. iiii.

Demõstratiuũ genus est illud: quod fit in alicuius certæ personæ laudẽ uel uituperium. huius igitur generis species sunt duæ una scilicet laudis. altera uero uituperii.

Demonstratiua.

Laudis Vituperii.

¶ Demõstratiua epistola laudis ẽ illa: quæ ad aliquẽ amicũ scribit: pro alicuius ꝑsonæ cõmendatiõe: cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si demõstratiuã epistolã laudis ad aliquẽ amicum scribere uoluerimus: uel ĩ eius laudẽ: ad quẽ scribimus uel alterius ꝑsonæ de qua mentionẽ facere uolumus: illã in partes tres diuidemus. In quarũ prima declarabimus: ꝙ licet uires nostræ nõ sint sufficientes ad laudandũ tantũ uirũ: quia eius cõditiões superãt omnẽ modũ scribẽdi: tamen ut faciamus officiũ nostrũ nõ

possumus non aliquid scribere: & in hoc loco accipiemus illā excusationē: circa talē audaciā scribendi: quæ nobis uidebitur esse cōuenientior. In secūda uero incipiemus ipsam personā laudare ab aliqua uirtute uel disciplina: quæ laudabilior sit in tali uiro: quē laudamus & etiā uniuersalibus clausulis utemur: dicendo eius cōditiones tales & tantas esse: q̄ non facile possimus tali stilo scribendi illas cōplecti. In tertia aūt & ultima dicemus: nos uoluisse hæc pauca dicere: quæ quasi nulla sunt: respectu illorū: quæ dici pñt: simulq̄ declarabimus: omnia hæc dixisse: nō assentatiōis: sed ueritatis causa incitatos: & ut aliquantulū gratū animū ostenderemus erga talem uirum: quem cōmendauimus: offerendo similiter omnē operā nostrā: ipsi amico penitus in omnibus suis optatis paratā. Propositio.

¶ Laudetur Callimachus uates: apud illustrissimum dominiū ac senatum uenetū. Exemplū. pars. i.

¶ Licet honus lōge meis uiribus ipar hodie susceperi Serenissime princeps: uosq̄ nobilissimi patricii: ut p̄ līas meas uobis callimachi nr̄i laudes exponerē: quæ tot & tātæ sūt: ut pfecto nesciā a quibus potissimum initiū suscepturus sim: quæ ue facile oēm dicendi scribendiq̄ facultatē superant. Est tamē officiū meū: qui eiusdē militiæ disciplina teneor: hūc strenuissimū sapientissimūq̄ militē sūmis laudibus extollere: qui etiā inbecillæ huic epistolæ meæ facile poterit cōueniēs argumentū p̄stare. ii. ¶ Est profecto tale tantūq̄ Callimachi mei ingeniū: talis doctrina: ac rerū pene oīum experiētia: ut pares ad modum sibi paucos nr̄a uiderit ætas: qui tā in publicis: q̄ priuatis lectiōibus suis tātæ

est huic gymnasio uestro utilitati: tato splēdori & ornamento: ut facile eo instituente cætera italiæ gymnasia quæ humanā disciplinā ꝓfiteant: & superet & excellat. Sed nollē: diu in tāti uiri laudibus exponēdis immorando: epistolæ modū nescius excedere: ꝑinde in aliud tēpus reliqua nō scribēda: sed potius dicenda reseruabo: quo & fidei & ueritati inseruiā: & uobis tātū uirū melius intelligendū noscendumq; præstem: cui etiam ut cæteris laude dignis facere soletis: & gratiam & fauorem uestrū benignissime tribuatis. Vale.

¶ Demonstratiua uituperii.

¶ Demōstratiua epl'a uituperii est illa quæ ad aliquē amicū scribit: pro alicuius certæ ꝑsonæ uituperatione. Cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si demōstratiuā epl'am uitupii ad aliquē amicū scribere uoluerimus: in alicuius certæ ꝑsonæ uitupationē illā sit in tres ptes diuidemus. In quarū prima beniuolentiā captabimus a ꝑsona nostra: demōstrātes: ꝙ nō uelimus scribere cōtra talē ꝑsonā: eo ꝙ naturaliter delectemur aliis detrahere: sed assignabimus aliquā rōnabilē cām: ꝑpter quā scimus incitati ad talia scribēda In secūda uero uituperabimus ipsā ꝑsonā: cōtra quam scribere itēdimus: cū omni modestia & honestate: ita ut non uideamur hoc facere ꝑpter odiū uel malignitatē: sed potius ꝑpter ueritatē tutādā: uel ꝙ ipsa dū in superbiā eleuatur: & neminē uult apud se pati: potius digna est tali uitupatiōe: ut deinceps desistat ab ista supbia. In tertia aūt & ultima excusationem capiemus cū ea persona ad quam scribimus: si fortasse cum tali scriptura aures suas offēderimus: dicētes nos iō hæc ad eā

ſcripſiſſe: quia intelligimus eius integritatē: & iō uolumus ſup hiſ oībus eā iudicē cōſtituere: offerēdo noſ ipſos & oīa nr̄a ipſi amico accōmodate. Propoſitio.

¶ Vituperetur Catilina apud Ciceronē: quia ipſe in patriam coniurauerit. Exemplum. pars .i.

¶ Non eſt conſuetudinis meæ Cicero chariſſime: ut alius detrahendo: qd̄ pleriq; facere cōſueuerūt: mihi famā gloriāq; cōparare ſtudeā: & his pcipue: quorum ſceleſta facinora mihi minus nocere poſſunt: imo & ſæpius ab inimicis meis laceſſitus: ad ultimū uſq; perpeſſus ſum. Sed cū uideā ſceleſtiſſimū Catilinā: q ſibi oēs ciues noſtros ppetua quadā ſuitute deuinctos exiſtimat: nō ſolū in priuatū bonū: ſed etiā in publicum ſceleſtiſſime cōiuraſſe: nō poſſum me penitus cōtinere: quin eius tibi ſcelera aperiā: ne fortaſſe diu occulta magis nocerent. ii. ¶ Scias pinde Cicero chariſſime pter reliqua huiuſce nebulonis uitia: quæ oībus profecto notiſſima ſunt: hoc quoq; deterrimū adiūgi: q diecq; noctuq; ſceleſtiſſimuſ iſte carnifex oēſ nefarioſ uiros ambit: ut eos in bonorū uirorū pniciē īducat. hoc enī oībus ciuibus noſtris adeo manifeſtū eſt: ut ſole clarius luceſcat: cū pſertim etiā publicis minis mltos affecerit: qui eum tanq̄ uenenoſum ſerpentē effugiūt proinde eradicādū eſſet hoc malū mi Cicero: ne grauius inualeſcēs offenderet .iii. ¶ Nō ſcripſi hæc pfecto: ut aliquo in eum odio uel maliuolētiæ meæ ſatiſfacerē: quā penitus ſemp abhorrui: ſed ut te his rebus tanq̄ ſæuerū iudicē cōſtituens: inducerē tādem ad peſtem iſtā ex noſtra ciuitate tollendam: tibi in oībus etiam operam meā offerens q̄libentiſſime paratā. Vale.

¶ Eucharisticum genus. Caput. V

Vcharisticũ genus est illud: qđ scribit ad aliquẽ amicũ: in grãrũ actiõibus referẽdis: pro aliquo beneficio suscepto: & huius generis spẽs sunt duæ. Vna. s. pro munere, altera uero pro bñficio. Eucharistica.

pro munere. pro bñficio.

¶ Eucharistica eplá p munere est illa: q̃ ad aliquẽ amicũ scribit in grãrũ actiõibus: p aliq̃ re corporea elargita. Cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si eucharisticá eplám p munere ad aliquẽ amicum scribere uoluerimus: ut ei grãs meritas agamus: illá in partes tres principaliter diuidemus. In quarũ pma beniuolentiá captabimus a re ipsa: quá ab amico suscepe rimus: dicẽtes ipam esse táti pcii: q̃ nõ facile possimus ei debitas grãs agere. In secunda uero beniuolentiam similiter constituemus a persona nostra: declarantes: q̃ uires nostræ non sint sufficientes ad corresponden dum humanitati eius uiri: ad quẽ scribere intendimus cũ ipsa superet oẽm modũ dicendi siue scribẽdi. In tertia aũt & ultima tales grãs referemus: q̃les poterũt uires nostræ: offerẽtes similiter oẽm operam nostrá tali amico in oĩbus suis uotis paratá. Propositio.

¶ Gratias agat titio arcadius: pro digestorum opere: sibi ab eo elargito. Exemplum. Pars. i.

¶ Cũ tui in me muneris magnificentiá & liberalitatẽ considero Titi charissime uideo quantæ sint a me tibi grãe nõ solũ agendæ: uerũ etiá referẽdæ. Sed non pñt exiguæ igenioli mei uires hoc opus pficere: quod non ipsas exuperat: sed etiam facile omnem dicendi scribẽ

di ue materiam uincit. Vnde quid mihi potissimũ faciundum sit: penitus ignoro. si enim a tali gratiarũ actione discedã: ingratitudini mihi maximæ ascribendũ erit. si uero grãs agere tentauero: nec mẽtẽ uerba sequẽtur: non minori uitio fortasse tribuendum: ꝙ nõ possit animus meus sui gratitudinẽ præseferre. ii. ¶ Cum igitur id assequi nequeam: quod cupio: ne ab officio meo penitus discessisse uidear: illud saltẽ ad animi mei gratitudinẽ demõstrandũ: ingenue ꝓfitebor: me non habere: quo pacto pro tanto in me beneficio tuo: tibi meritas grãs agã. iii. ¶ Dabo tñ operã: ut si qua i re tibi ꝓdesse possim: nũq̃ laboribus uel uigiliis parcã: sed potius tanto libentius oẽm tibi seruitutẽ meã deuoueam: q̃to in me fueris beneficẽtior. Vale.

¶ Eucharistica pro beneficio.

¶ Eucharistica epl'a ꝓ bñficio est illa: q̃ ad aliquẽ amicũ scribit: in grãrũ actiõibus: ꝓ aliq̃ re incorporea elargita. Cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si eucharisticã epl'am pro beneficio ad aliquẽ amicũ scribere uoluerimus ut ei meritas grãs agamus ul' ꝓ cõsilio: aut doctrina: seu patrocinio dato: illam sil'r in partes tres diuidemus. In quarũ p̃ma beniuolentiam captabimus a nobis ipsis: demõstrantes ꝙ nesciamus a quibus uerbis potissimum debeamus incipere: ut ꝓ tanto suscepto beneficio gratias agamus: quia ingenii nostri uires non sint sufficientes ad id peragẽdum. In secunda uero beniuolentiam constituemus ab ipsa re: laudantes eam: quantũ poterimus & dicentes ipsã nobis maxime fuisse necessariam: & ideo accidisse gratissimam. In tertia autem gratias agemus: quales poteri-

mus: demõstrãtes animũ nostrũ ualde esse inclinatũ ad oẽm gratitudinẽ demonstrãdã: & in hoc loco silr offeremus oẽm operam nostram huic tali amico q̃libē tissime accõmodatam. Propositio.

¶ Gratias agat Ciceroni ualerius: pro patrocinio ipēso in eius causa corã iudicibus. Exemplũ. pars. i.

¶ Incertũ ẽ mihi pfecto Cicero: a quibus potissimũ uerbis tibi gr̃as agã: pro tanto in me b̄ficio tuo: q nõ solum causam meã benignissime tutandam suscepisti: sed etiã illã facillima q̃dẽ atq; citissima uictoria expediuisti: cum eni hoc tuũ in me meritũ cõsidero: deficiũt sane uires: quae se uident a tanta beneficentia tua superari. ii. ¶ Sicut eni mihi necessariũ erat hoc officiũ tuũ: quod me a multis quidẽ curis liberauit: ita & gratissimũ accidit: & periucũdũ: unde efficit ut maxime cupiã: pares tibi gr̃as referre. Sed cum hoc nostri non sit opis: cuius perexiguũ est igeniũ: illud tamẽ ad animi gratitudinẽ aperiẽdã absoluã. iii. ¶ Quod cũ immortale sit futurũ in me hoc b̄ficiũ tuum: imortales quoq; tibi gr̃as me coget habere. Nã pfecto nõ solum referre sed nec agere q̃dẽ audeo satis dignas: dedãq; tibi p̃terea oẽm facultatẽ meã: oẽm operã: meq; ipsũ totũ: cuius seruitutẽ uolo tibi perpetuo esse dicatã. Vale

¶ Amatorium genus. Caput. vi.

Amatoriũ genus est illud: q̃d fit in amoris nr̃i demõstratiõe ad aliquẽ amicũ: quẽ amare cogamur: & huius generis spẽs sunt duae. una. s. honesta. altera uero turpis.

Amatoria.

Honesta. Turpis.

¶ Amatoria epl'a: quæ honesta dicitur ē illa: quæ ad aliquem amicum scribit̄: pro amoris nostri declaratione: quo honeste in ipsum fuerimus affecti: cuius epl'æ talis est regula. Regula.

¶ Si amatoriã epl'am: quæ honesta nuncupat̄: ad aliquã personã scribere uoluerimus: illã principaliter in tres ptes diuidemus. In quarũ prima beniuolentiã captabimus ab ea psona: ad quã scribimus: laudãtes uirtutem uel pbitatẽ suã: ppter quã dicemus omnes esse inclinatos: ad illum non solũ amãdũ: sed etiam obseruandũ. In secũda uero declarabimus: q̄ etiã nos propter talem istius uiri uirtutẽ: & optimas conditiones simus incitati ad ipsũ diligendũ. In tertia aũt quanto apertius poterimus: exponemus amorẽ & beniuolentiã nostrã erga talẽ uirũ: & similiter in hoc loco ei offeremus omnẽ animũ nostrũ: in oibus suis uotis q̃libẽ tissime paratũ. Rogabimusq; ut ipse etiã uelit esse tal' animi erga nos: quia nos statuerimus penitus amicitiam istã ppetuã fore: quã etiã uolumus assidua consuetudine: & meritorũ alternatiõe cõfirmari. Propositio

¶ Exponat Curio amorem suũ erga Ciceronẽ: quẽ summopere diligit. Exemplum. pars. i.

¶ Tot & tãtæ sunt uirtutes tuæ Marce tulli: quæ passim clarissima oium uoce p̄dicãt̄: ut oium iudicio: tãq̃ fulgẽtissimũ sidus: inter nostræ ibecillitatis tenebras mirabiliter elucescas. Nã ut cætera omittã: quæ in oium oculis populorũ te mirabilẽ efficiũt: nullus est qui nesciat: quanta eloquentia quãtaq; dicendi facũdia ualeas: ita ut pares admodũ tibi paucos nostris temporibus cõsecutus sis. Taceo sentẽtiarũ grauitatẽ: illamq;

ei parser

ita ut de tal manera que

incredibilē animi tui sapiētiā: quæ tibi imortalitatē iā debitā cōpauit. Taceo philosophiā utrāq3: quæ nomē tuū adeo celebre reddidit ut nullus sit: q Ciceronem: utriusq3 uirtutis floribus uallatū: nō amet: nō uenereť nō obseruet. ii. ¶ Inde effectū est: ut ego quoq3: qui ab ineūte ætate uirtuti semp iuigilaui: sim maxime ad te amādū incitatus: & licet tanti uiri amicitiam habere adhuc minime promeritus sum: cupio tamē hoc mihi a diis imortalibus potissimū pstari: ut quē oēs amant colunt: admirātur: illius ego talē beniuolentiā acquiram: qualē si mihi euenire sensero: habebo pfecto non mediocres ipsis superis gratias. iii. ¶ Tibi igitur pmū cordis huius ardorē offero: quem tu in omnibus optatis tuis senties profecto paratissimū: offero amicitiam: quæ nostra faciente cōsuetudine sit perpetuis tpibus conseruāda: ac mutuorū beneficiorū alternatione cōfirmāda: quā si tu (ut spero) benigno corde susceperis: dabo sane operā: ut minime ingratam tibi sentias. Vale.

¶ Amatoria turpis.

¶ Amatoria epl'a: quæ turpis appellatur: est illa quæ ad aliquā amicam uel pulchrā puellā scribitur ab amatore suo: pro amoris sui declaratiōe: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

¶ Si amatoriā epistolā quæ turpis diciť ad aliquā puellā scribere uoluerimus: illā potissimū in partes quattuor diuidemus. In quarū prima beniuolentiā captabimus ab ea psona: ad quā scribimus: laudātes ipsā triplici laude. primo. s. a uirtute uel morali uel litterali: si litteris fuerit ibuta. secūdo a genere si fuerit generosa: uel a fortuna & diuitiis: si ex humili genere nata fuerit.

tertio a pulchritudine: quæ maiorem habet cōmendationem & efficaciam in amore. In secūda uero beniuolentiam captabimus a persona nostra: demonstrantes primo sine aliqua arrogātia: cōditionē nostrā propter quam etiam ipsa puella incitet ad amorē nostrū: deinde ei: quātū honeste poterimus declarātes amorē & beniuolentiā: qua in ipsam afficiamur. In tertia aūt rogabimus ipsā ut penitus uelit acquiescere pcibus nostris: & nos sil'r amare queādmodū eam amamus: laudātes hunc amorē: & dicentes: ipm eē rem potius diuinā: q̄ humanā: simulq͡ adducētes aliquod exemplum aliarū puellarū: quæ in amore positæ foelicē uitam sunt consecutæ. In q̄rta uero & ultima: adducemus ipsā puellā in timorē alicuius dāni: si noluerit talē amorē seq: & simul cōfirmabimus p exēpla aliquarū foemiarū: quæ nolētes amori adhærere: crudeliter uitā finierūt: deducentes ipam amicā nr̄am in talē timorē: & cōclusiue inducētes ipsā ad amorē: ne aliqd mali ei contingat: cui etiā offeremus oēm operā nostrā: cum omni honestate ei paratam.

Propositio.

¶ Scribat ad tysbē pyramus: pro amoris sui declaratione: ut illā in amorē inducat. Exemplū. pars. i.

¶ Non sine cā effectū est suauissima Tysbe: ut oēs in te populi nr̄i cōiunctos oculos habeāt: te amēt: te mirenť: te obseruēt. Cū eni ex una parte considerant duplicē illam uirtutē tuā: quæ te semp adeo illustrauit: ut nullus sit: qui præstantiorē doctrinā profiteatur: nec suauiores morū institutiones præ se ferat. Cū diuitias secūdásq͡ semp ac facilē fortunā admirātur: quæ tibi & generis nobilitatē: & nobilitatis ornamenta subiecit.

Ex altera subito parte occurrit singularis illa & diuina potius q̄ humana formositas quæ te merito nō in hoc seculo natam: sed de cælo prolapsam testaē. Conspiciūt enī faciē illam tuam serenissimā: quæ etiam nubilosum posset illustrare cælū. Cōspiciūt sidereos illos oculos tuos: qui oēm penitus intuēdo possunt amouere dolorē: ac luctuosos animos in summū gaudium traducere. Conspiciūt deniq͂ cādida colla: paruos lapillos facile superātia: mirāē castigatā frōtē: purpureū iuuentæ lumē: flauos crines: oīaq͂ penitus mēbra decora: quæ cōspiciēdo: nō pñt nō laudare: laudādo nō amare: amādo deniq͂ nō obseruare. .ii. ¶ Hinc ego inter ceteros æquales meos satis fortunatus adolescens: & fortasse etiā fortunatissimus futurus: si amorē tuū consequi meritus fuero: cū tales cōditōes tuas animo cōplector: non solū ad te amādā: colēdā: & obseruandā ipellor: sed pro te etiā emori cogor: nec uigilās nec dormiēs quiescere possū: ita ut cū ex una parte me socii foelicē appellent: quia cum satis honesta uirtute: nō mediocris quoq͂ accessit & fortuna. Ego tamen potius me infoelicē existimē: cū tibi placere nō possim: i q̄ solū oēs spes meas cōstitutas eē uolui. .iii. ¶ Verte igitur aliquātulū benignissimos in me ocellos tuos uirgo pudicissima: & hūc tibi seruulū ab ineū te ætate dicatū piētissima suscipias. nō. n. humana res sed diuina potius est amor: nec tibi parū uideaē amori parere: cui non solū humani principes: sed & diuina quoq͂ colla subiecere. Et caue ne fortasse amorē despiciēs: tui mali causa sis: memēto daphnes: memēto sirigis: quarū altera phoebi: altera uero panis amorē spnēs crudeliter

uitá finiuere. Tu aũt tales fugiens: penelopē imitare: q̄ amoris sui cõstátiá uiro seruás foelicissimos dies uixit mihiq; adhæreas qué tibi senties in oĩbus q̄libentissime paratũ: quæ ad honorē & pudicitiá tuá facere uidentur: dũ fuerit hæc mihi uita supstes. Vale.

Lamentatorium genus. Caput. vii.

Lamẽtatoriũ genus est illud: qđ fit p alicuius mali nñi demõstratiõe: apud aliquē amicũ: apud qué lamẽtantes speramus recipere cõsolationē: & huius generis spẽs sũt tres. una. s. pro iniuria. altera pro re pdita. tertia uero p exilio.

Lamentatoria
Pro iniuria. Pro exilio.
Pro re perdita.

Lamẽtatoria eplã pro iniuria suscepta est illa: quæ ad aliqué amicũ scribitur: apud quē lamẽtamur de cõtumelia nobis illata: ut ipse sit iudex: uel forte remedium inueniat: cuius epistolæ talis est regula. Regula

Si lamẽtatoriá eplam pro iiuria suscepta ad aliquē amicũ scribere uoluerimus a quo remediũ speramus illã i tres ptes diuidemus. In quarũ prima beniuolentiam captabimus ab ea persona: ad quá scribimus: cõmemorátes amicitiá & beniuolẽtiá nostrá ,ppter quá simus iĩcitati de rebus nostris tam psperis q̃ aduersis ipm facere certiorē: sperãtes: q secũdũ ueri amici officium ipse existimabit fortunã nostrá sibi esse cõem. In secũda uero beniuolentiá nobis constituemus a persona aduersarii: deducendo ipsum quátum possumus in odium illius ad quem scribimus: & narrando primo quáta & quot beneficia in ipm intulerimus: & ta-

men recitando ipsius ingratitudinē erga nos: simulq̧ explicādo illā iniuriā: qua a tali inimico fuerimus affecti. In tertia aūt aut petemus auxiliū uel cōsiliū sup tali re: ab ea persona ad quā scribimus: aut ipsā cōstituemus iudicē super ingratitudine inimici nostri: querendo ab ea responsionē cōsolatoriā: ut talē iniuriā æquo animo ferre possimus: simulq̧ offeremus illi oēm operam nostrā q̄libentissime paratā. Propositio.

Lametetur Appius apud Cæsarem: q̄ a Cicerone fuerit iniuria affectus.

Exemplum. pars .i.

Amor & beniuolentia singularis: qua in me afficeris Cæsar amantissime: hoc potissimū tēpore: ad te ut scribā me impellit: pro aliqua cōsolatione captāda in his potissimū rebus: quibus aduersam mihi sentio eē fortunā. nā amici officiū esse scio: ut tā in p̄speris q̄ aduersis: semp cōem iudicet esse casum. Cū igit̄ diebus istis a Cicerone graui fuerim contumelia affectus: statui rem oēm ad te scribere: ut per lr̄as tuas hūc dolorē aliquātulū leuare possim. Scis Cæsar charissime: q̄tum semper supioribus tp̄ibus elaborauerim: ut huic nebuloni nō solū honorē sed etiā utilitatē afferrē: cū præcipue me faciēte: ad præturā primū: deinde cū summo suorū ornamento ad cōsulatū euectus fuerit. Sed neq̧ bonorū istorū memor ingratus hō: nec boni uiri officiū sectatus: cum mihi esset causa forensis in cōtrouersia corā senatu populoq̧ romano ut iniq̄tatē suam oibus aperiret: non solū mihi operam suā negauit quā solet oibus etiā ignotis ipartiri: sed acriter in me inuectus est pro aduersario meo dicens ita ut deducta

re in pſuaſionē: a cauſa penitus decideri. Hæc ego paſ ſus ſum mi Cæſar: tanq̄ laborū meorū pmia: quos p ingratiſſimo uiro iſto dieq; noctuq; ſuſcepi, iii ¶ Sed quia adhuc ineſt animus: ab iſta ſentētia iniqua & iniuſta appellare: hæc ideo ad te ſcripſi: ut præter litterarum tuarum conſolationē quam expecto: ipſum etiā Ciceronem moneas: ut ſi mihi operan ſuam præſtare non intēdit: q̄uis id facere debitus ſit: mihi tamē nolit eē impedimēto: qd facile faciet ſi tibi id placere ſenſerit: cui me totum trado & dedo. Vale.

¶ Lamentatoria pro re perdita.

¶ Lamētatoria epl'a: pro re perdita eſt illa: quæ ad aliquem amicum ſcribitur: apud quē lamētari uolumus: uel de amiſſione ſubſtantiæ: uel de amiſſione alicuius pſonæ quæ mortua ſit: uel de perditione honoris; aut dignitatis: cuius epiſtolæ talis eſt regula. Regula.

¶ Si lamētatoriā epl'am pro re amiſſa ad aliquē amicum ſcribere uoluerimus: cui narrare intendimus uel amiſſionē ſubſtātiæ aut dignitatis noſtræ ad hoc ut ab eo aliquod auxilium recipiamus: uel perditionē alicuius perſonæ quæ fuerit extincta ut per lr̄as amici cōſolationē recipiamus: ipſam epiſtolā ſimiliter in partes tres diuidemus. In quarum prima beniuolentiā captabimus ab ea perſona ad quā ſcribimus: declarantes: ꝙ propter amorem & beniuolentiā eius in nos: uelimus ei narrare caſum fortunæ noſtræ: ut poſſimus ab ea uł auxilium: uel conſolationem recipere. In ſecunda exponemus aduerſitatem noſtram quæ nobis acciderit deducendo quantū poſſumus rem ipſam in cōmiſerationē. In tertia uero & ultima: petemus uel auxilium:

uel cõsolationẽ rebus nr̃is: dicẽtes nos multũ sperare in ipso amico: & rogãtes: ꝙ talis spes nõ decipiat nos simulq; offerentes eidem amico oẽm operam nostrã libenter accõmodatam. Propositio.

¶ Lamẽtetur Cicero apud Seruium sulpitiũ de morte Tulliæ filiæ suæ. Exemplum. pars .i.

¶ Vellem serui charissime: ut i tam acerbo ac graui casu: qui me diebus istis afflixit: tu etiam inter cæteros amicos mihi affuisses: sum enim certissimus: ꝙ non solum æque doluisses: sed etiam in leuando dolore meo non modicum profuisses. Quod quia locorũ ac tẽporũ interuallo impediẽte: effici non potuit: dabo tamẽ operam: ut saltem per litteras illud tibi significare possim: quod me diebus istis male habet: i eo amore atq; beniuolẽtia nostra cõfidẽs: quæ a teneris ãnis una cũ ætate creuit: ꝙ forte istã meã: ut bonũ amicũ decet tibi iudicabis esse cõem .ii. ¶ Scis fui amãtissime: i hac rei publicæ nr̃æ oppssiõe: quot & q̃tis calamitatibus fuerimus affecti: ita ut p beatos illos existimare soliti simus: q sine aliquo magno malo: uitã cũ morte commutauere: sed tñ i oĩbus his miseriis: unã tãtũ cõsolationẽ capiebã: quæ mihi relicta erat: filiæ. s. meæ dulcissimæ cõfabulationẽ: q̃ facile oẽs a me curas penitus amouebat: sed nũc eo magis in lachrymis & luctu tabesco: quo crudelior in me fuit iuida mors: quæ tali me oblectatione priuauit: mortua est spes mea: cõsolatio mea: uita mea: in qua oẽs alios moerores facile deponebã: nec scio quã debeã in hoc miserãdo casu cõsolationẽ recipere: nisi ad te confugiam: qui oium dolorũ meorũ leuamen existis. iii. ¶ Hec igit̃ ad te scribo: nõ

tantū ut mecū doleas: quod bonū amicū decet: sed ut per lrās studeas huīc dolorē meū si non penitus tollere: aliquātulū saltē leuare: cum præcipue hoc a te solū expectem: qui etiā cæteras calamitates meas tua soles prudentia remouere: cui ego me totū trado & dedo. Vale.

¶ Lamentatoria pro exilio.

¶ Lamentatoria epistola pro exilio: est illa quæ ad aliquē amicū scribitur: apud quē lamentari uolumus de exilio nrō: cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si lamentatoriā epistolā pro exilio ad aliquem amicum scribere uoluerimus: a quo speremus cōsequi aut auxilium in restitutiōe nostra: aut cōsiliū: uel consolatiōnē: ipsam epistolā similiter in ptes tres diuidemus. In quarū prima eōdē modo beniuolentiā captabimus ab ea persona ad quā scribimus: deinc nstrātes ꝙ maxime cōfidamus in amore ac beniuolentia sua: ꝗ oēm istam fortunā existimabit sibi esse cōem. In secūda uero primū demōstrabimus beneficia quæ intulerimus in patriā: uel bonitatē nostrā: sine arrogantia: ut intelligat amicus: nō nostra culpa uenisse in exilium. Ostēdemus deinde cuius culpa factum sit: ut tale exiliū patiamur: deducendo rem oēm in aliquos aduersarios: quos in odium conabimur adducere: demōstrātes eorum ingratitudinē & iniquitatē. Demū ostendemus: nos in iusticia & æquitate confidere: ꝙ aliquādo etiā in patriā restituemur: fracta nequitia aduersariorū nostrorū. In tertia aūt & ultima petemus illud auxilium: uel cōsiliū aut cōsolationē: quā petere intendimus: cōmēdantes nosmetipsos ipsi amico ad quē scribimus: cui etiā nos & omnia bona nostra ꝗlibentissime offe-

remus. Propoſitio.

¶ Lamentẽ Cicero apud Lentulum de exilio ſuo: qđ ꝑpter odium Clodii patitur. Exemplum. pars.i.

¶ In oĩbus calamitatibus meis ſemꝑ ſolitus ſũ mi Lẽtule ad amicos meos cõfugere: quorũ uel opera uel cõſolatione ſubleuatus: poſſim aliquantulum reſpirare. Quod cum te nõ amicũ mihi ſolum exiſtimẽ: ſed etiã amiciſſimũ: qui ſemꝑ utrãq; fortunã meã tibi iudicaſti eſſe cõem: ſtatui ꝑ has ad te litteras: qđ mihi diebus iſtis euenerit: ſcribere: ut cõſilio & opera tua adiutus: & cõſolationẽ & remediũ etiã in tantis malis inueniã ii. ¶ Scis Lentule chariſſime: q̃tũ ſemꝑ pro reipub. dignitate ſeruãda elaborauerim: ita ut nõ opes ſolũ libẽter expoſuerim: ſed & ſanguinẽ ipm: dum ei poſſem aliquid utilitatis afferre: nec minus etiam ab ea ſum adiutus: eleuatus cõſeruatus. Sed maliuolorũ nequitia quæ nullũ põt bonũ ſuſtinere me adeo ĩpetiuit: ut q̃cquid in rẽp. cõtulerim: illud totũ unico die ꝑdiderim: Inſurrexit ĩ me Clodius uir iniq̃ſſimus: qui licet multa a me quõdã beneficia ſuſcepit: ingratitudine tamen cæcus meritorũ oblitus: ut me penitus peſſũdaret plurima eſt figmẽta machinatus: quæ apud populũ ꝑ cõtiõe deducẽs: illiſq; deductis nefariis q̃buſdã teſtibus fidẽ faciẽs me miſerũ atq; innocẽtẽ ciuẽ ex p̃ria pepulit quod me tãto dolore affecit: ut penitus uitã mihi acerbã putẽ .iii. ¶. Et ꝑfecto dolori ſuccũbi cogerer: niſi hæc una ſpes me ſolaretur: quia ſpero quãdoq; futurũ ut infringatur malorum iniquitas: & ego a tantis tandẽ malis emergere poſſim. Quod ut facilius & citius eueniat; peto a te cõſilium: auxilium & opẽ. tu eni po-

tes mihi adeo opitulari: ut mihi nihil sit pterea reque dū cui ego oia mea bona: donū: familiā: meq͂ ipm̄ mis ipsum cōmendo: trado & dedo. Vale.

¶ Consolatorium genus. Cap ut. VIII.

Onsolatoriū genus est illud: qd fit pro alicuius mali solamine: quod cū ab amico p lras uel per nūciū intellexerimus: cupimus ipsū cōsolari: & huius generis spēs sūt tres Vna. s. pro iniuria. altera pro re pdita. tertia uero pro exilio. Consolatoria.

Pro iniuria. Pro exilio.

Pro re perdita.

¶ Cōsolatoria epla pro iniuria suscepta ē illa: quæ ad aliquē amicū scribit: quem cōsolari uolumus p iiuria: quā ab aliquo passus sit: deducētes ipm̄ ī uindictæ ul remedii spem & huius eplæ talis est regula. Regula.

¶ Si cōsolatoriā eplam pro iiuria suscepta: ad aliquē amicū scribere uoluerimus. quē consolari intendimus pro ea iiuria qua fuerit ab aliquo affectus: ipsam i partes tres diuidemus. In q̄rū pma quæ solet a nobis epitasis appellari declarabimus q̄tū nobis molestū fuerit intellexisse iniuriā illam: qua iste amicus noster fuerit grauatus & simul declarabimus amorē & beniuolētiā qua in illum afficiamur: propter quam simus coacti: ad omnem fortunam cōem existimandā. In secūda uero: quæ a nobis catastrophe dicit demonstrabimus q͂ propter hoc nō sit dolendū: cū præcipue ipse fuerit offensus ab hoie nullius præcii: & in hoc loco beniuolentiam captabimus a persona aduersarii: deducēdo ipm in odium: & demonstrādo iniqtatem eius: & dicēdo

ꝙ huiuſcemodi uirorū iniuriæ nō ſint exiſtimandæ: ꝙ de facili poſtea ſuperantur: & ſimul demōſtrabimus in hoc loco: q̄tū ſit ſperādū: ꝙ fracta iſtius aduerſarii nequitia: tandē ipſe amicus: ad quē ſcribimus: ſit priſtinā dignitatē cōſecuturus. In tertia aūt & ultima: conabimur ipm̄ amicū cōſolari: ꝓmittentes ei: operā noſtram nunq̄ defuturā: dum ipſe poſſit omnē dignitatē ſuam uendicare. Propoſitio.

¶ Cōſoletur appium Cæſar: pro iniuria: qua fuit i ſenatu affectus a Cicerone. Exemplum. Pars. i.

¶ Accepi tuas litteras Appi chariſſime: quæ mihi ꝑfecto tātā moeſticiā attulere: quātā requirebat amor ſingularis: & beniuolentia illa qua ab ineunte ætate in te affectus ſum: ex iis eni intellexi: q̄ nequiter fueris a Cicerone ipetitus: ita ut in cauſa tua forenſi: quæ tibi erat cum aduerſario corā ſenatu agēda: contra omnē iuſticiam & æquitatē: uictoriam amiſeris: quod cum primum ſentirem nō poteram hoc mihi perſuadere: quia ſemper intellexeram: te multa beneficia in Ciceronem contuliſſe: ex quibus ipſe tibi omniū iudicio debitus erat: unde non cadebat in alicuius opinionem: ut te offendere poſſet. Sed poſtq̄ eius iniquitatem ex tuis litteris percepi: non potui non ſummopere dolere: tua ꝑſertim cauſa: cuius ego exiſtimo omnē mihi fortunam eſſe cōem. ii. ¶ Cum autem conſidero eius: q te offendit malignitatem: quæ illi potius: q̄ tibi: tandem & dedecori & damno futura eſt: non mediocrem i hoc dolore capio conſolationem: ille enim cum primum tanta in te cognitus fuerit uſus ingratitudine in omnium conſpectu populorum erit fabula nota, tu autem

pro tua æquitate & iusticia: quæ diu oppssa esse non potest: cum uictoria gloriosum triumphū acquires. iii. ¶ Quē ut citius consequi possis: dabo primū operam: ut in tuū si potero fauorē illū deducā. sin minus fiet. non tibi opibus: studio: fauore: mēte deniq; unq̄ decero: ut possis optatū tuum q̄ foelicissime consequi. cui me etiā ipm totum trado: cōmēdo & dedo. Vale.

Consolatoria pro re perdita.

¶ Consolatoria epl'a pro re perdita est illa: quæ ad aliquē amicū scribitur: quē cōsolari uolumus aut pro amissiōe substantiæ: aut p amissiōe alicuius psonæ quæ mortua sit: uel pro pditione dignitatis. cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

¶ Si cōsolatoriā epl'am pro re perdita: ad aliquē amicum scribere uoluerimus: qui uel substantiā suā amiserit: uel aliquā psonā pdiderit: quæ mortua sit: aut forte dignitatē suam ,pter maliuolorū inuidiam amiserit: illam similiter in tres ptes diuidemus. In quarū prima quæ sil'r epitasis appellatur: declarabimus q̄tū dolorē ppessi fuerimus: cum talē fortunā uel casū ipsius amici intellexerimus: quē nrm ,ppriū existimauimus ,pter amorē & beniuolentiā qua in ipm afficimur: & in hoc loco conabimur ipm dolorem augere q̄tū possumus. In secūda uero: quæ sil'r catastrophæ est appellata: conuertemus oēm orationē nostrā ad consolationē: ostēdēdo duas: tres: aut plures rōnes: ,pter quas pbemus non esse dolēdū: & sic concludemus ipm amicū debere oēm moestitiā relinquere: & consolationē ex hac re capere. In tertia aūt & ultima: conabimur deducere amicū: ad quē scribimus in aliquam spem: q. s. oia ista

mala sint futura meliora: simulq; illi offeremus oēm o
peram nr̄am q̄libētissime paratā: dū possimus ei esse
consolationi & utilitati. Propositio.

¶ Cōsolet Seruius sulpitius Ciceronē: qui i luctu cō
stitutus ē: ꝑpter obitū Tulliæ filiæ suæ. Exēplū pars. i.

¶ Ingemui ꝑtinus M. Tulli: & dolore affectus lachry
mas continere nequi: cū primū ex lr̄is tuis tristem de
obitu filiæ tuæ nūcium accepi. cogit. n. me amicitia no
stra: mutuaq; beniuolētia: quæ a tenellis ānis cū ætate
crescens: iā me edocuit amicorū casus cōes existimare
Iam enim cogitatione cōciperemihi uideor: cuiusmo
di gladius paterna uiscera torqueat: quibus cogitatio
nibus imaturæ amissæ filiæ desideriū cor laceret atq;
uexet: unde efficiat: ut nihil tibi reliquum sit: nisi ut la
chrymis & luctu tabescas. ii. ¶ Sed q̄ nō semp moerē
dū est ac dolore succūbēdū: pinde atq; nulla relicta sit
rō: quæ molestiā ac moerorē istū leuare possit: nōn sū
alienū arbitratus: si quid ad te scribere tentē: quando
corā loquēdi nō datur copia: ut te in tam acerbo luctu
uersantē: & præ doloræ minus uiā rectā prospicientē
& exhortari aliquātulū queā: & eo unde aberratū est:
reducā. Quid quæso est: q̄d tātopere doleas: & moe
rore afficiaris? filia tua mortua est: q̄ mortalis erat: ea le
ge in initio procreata: & genita: natura nāq; nata: natu
ra quoq; extīcta est. Nō ergo mirū tibi uideri debet: si
q̄d semel natū effloruit: rursū id ip̄m defloruerit & in
ter mortuū sit. Dolorē itaq; tuū mitiga: & bonis rōni
bus inixus aliena: ostēde te uirū: explica prudētiā tuā:
uirtute nunc opus est. Sic intelligant ii: qui te non ui
derunt: te talem esse: quem nos: qui te nouimus predi

camus. Vidimus eni aliqñ fecundã te pulcherrime tu-
lisse fortunã: fac quoq intelligamus: aduersã te quoq
æque ferre posse: ne ex oibus uirtutibus hæc una tibi
deesse uideat. iii. ¶ Hæc ad te scripsi marce tulli: non
q̃d iis te egere existimarẽ: noui eni modestiam & pru-
dentiã tuã: sed feci cũ officii mei gratia: tũ uero ut quã
ti te faciã: facile intelligere posses: cui etiã omnẽ operã
meam offero: in omnibus uotis tuis q̃libentissime pa
ratam: dum tibi & tuis prodesse possim. Vale.

¶ Consolatoria pro exilio.

¶ Cõsolatoria epistola ꝑ exilio: est illa: quæ ad aliquẽ
amicũ scribit: quẽ cõsolari uolumus: pro exilio suo: i
quo cõstitutus sit: ꝑpter inimicorũ maliuolentiã. cu-
ius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si cõsolatoriã epl'am pro exilio: ad aliquẽ amicum
scribere uoluerimus: quẽ cõsolari intendimus pro exi-
lio suo: in quo cõstitutus sit ꝑpter iniquitatẽ & odiũ
inimicorũ suorũ: illã similiter i tres partes diuidemus
In quarũ prima: quæ similiter epitasis appellat: decla-
rabimus: q̃tũ dolorẽ receperimus cũ primũ intellexeri
mus talem fortunam ipsius amici: ad quem scribimus
quã sibi dicemus existimare nobis esse cõem propter a
morem & beniuolentiã: qua in ipsum amicum sumus
affecti. In secunda uero captabimus primũ beniuolen
tiam ab ea persona ad quã scribimus. laudãtes ipsã ab
omni probitate & uirtute: deinde captabimus beniuo
lentiã a persona aduersariorũ: deducendo ipsos in odi
um & declarãdo qualiter iste amicus noster nõ ꝑpter
suã culpã: sed tantum ꝑpter inimicorũ inuidiam sit a
sua patria depulsus. In tertia aũt ip̃m amicum deduce-

mus in specie: q̄ sit aliquádo in patriá restituédus: & ad hoc pollicebimur ei operá nostrá minime defuturá sed cum oibus uiribus nostris elaboraturos: ut possi- mus ei prodesse & utilitatem afferre. Propositio.
¶ Cósoletur Ciceroné lentulus pro exilio suo: qd̄ ꝓpter Clodii odium & maliuolentiá patitur.

Exemplum. pars.i.

¶ Nō possem tibi per litteras exponere Cicero: q̄tum doloris: q̄tūq; moesticiæ susceperim: cum primum ex tuis litteris intellexi: te ꝓpter odiū & maliuolentiá iniq̄ssimi clodii ex dulcissima patria pulsum fuisse. nō eni solū intestino crucior dolore ex hoc acerbissimo casu tuo: sed uix me a lachrymis cōtineo: quotiens in eá cogitationē uenio: ut te illa potissimū patria extorré séntiá: pro qua etiá propriū sanguinē sæpissime exponere nō dubitasti: quod me is amor facere cogit: quo i te maxime affectus sū.ii. ¶ Et profecto uix possem moeroré istum sedare: nisi prius innocentiá tuá excogitarē qui omnibus semper humanus: omnibus benignus: nullum unq̄ laborem recusasti: quem tam ad publicá: q̄ priuatam utilitatem spectare sentires: sed potius pro uirili tua semper insudans: ut omnibus prodesses nihil unq̄ non laudabile peregisti: & tamen maliuoli nebulonis inuidia ad hanc calamitatem solum deuenerīs & non tua culpa: qui cum inter omnes scelestos uiros scelestissimus existimetur: quáuis hoc nunc in te factiose consecutus fuerit: non tamen diu scelus suum poterit tueri.iii. ¶ Euigila igit̄ aliquátulū ab isto tuo moerore. & spera: hæc aliquádo fore meliora: quæ futura esse breui quidé tēporis spacio cognosces: ut infracto

impetu leuissimi hois: tuã pristinã dignitatẽ cõseqris quod ut facilius obtineas: ego tibi omnẽ operam meã studiũ: fauorem: mentem deniq; omnem polliceor: ut quod tibi honori & usui esse cognoscam: pro te exeq contendam. Vale.

Expositiuum genus Caput. IX.

Expositiuũ genus est illud: quod fit: quotienscunq; ad aliquẽ amicũ nostrũ scribentes aliquid exponere uolumus: quod ipm lateat: & huius generis spẽs sunt tres. una scilicet testimonii, altera historiæ, tertia uero notitiæ.

Expositiua.

Testimonii. Historiæ. Notitiæ.

Expositiua epla testimonii est illa: quæ ad aliquem amicũ scribit: apud quẽ uel in loco publico: uel priuato uolumus super aliquo negocio testimoniũ exponere. Cuius epistolæ talis est regula. Regula.

Si expositiuã eplam testimonii ad aliquẽ amicum scribere uoluerimus: aut pro testimonio publico: aut priuato sup aliqua cã reddẽdo: illã in partes tres potissimũ diuidemus. In quarũ prima beniuolẽtiã captabimus a psona nr̃a: declarãtes: q tam ppter fauorẽ iusticiæ & æquitatis: quã nolumus aliquo pacto opprimi ppter ignorantiã ueritatis: q̃ etiã ppter amorẽ & beniuolentiã: qua afficimur in ipsũ amicũ: ad quem scribimus: aut pro quo scribimus: uolumus declarare uerũ testimoniũ sup ea re: sup qua fuerimus reqsiti. In secũda uero breuiter: dilucide: & accommodate explicabimus ipm testimoniũ nostrum: nihil aberrando: si possumus a ueritate: & tñ in ipsa ueritate dicẽda: ubi erũt

loca magis faciētia ad fauorē amici nři: tūc i ipsis maxi me psistemus: & plusq̄ in aliis ad hoc ut amico ꝓdesse possimus. In tertia aūt & ultima dicemus ea uera esse quæ scripserimus: simulq̄ʒ in hoc loco offeremus oēm operam nřam: uel psonæ publicæ: uł priuatæ quæ hoc a nobis testimoniū petiuerit: dūmodo possimus ipsi rem gratam & utilē facere. Propositio.

¶ Exponat Cicero testimonium apud cēsores cōtra Clodiū: ꝙ die uiolatorū sacrorū in urbe fuerit.

Exemplum. Pars. i.

¶ Reqsitus a uobis iudices: qd sup ea cōtrouersia sen tiā: quæ iter dignissimū matronarū ordinē: & Appiū Clodiū uersaẗ: de uiolatis bonæ deæ sacris: an ne ipse eo die in ciuitate fuerit: quo sacra dicunẗ eē uiolata: an potius abfuerit: licet hæc mea semp conditio fuerit: ut neminē unq̄ offendere uoluerī: ne tñ æqtas ipa atq̄ʒ iu sticia: quá sp amaui: & p q̄ etiá emori possū: ueritatis abscōsione lędaẗ: oia uobis uerissima fatebor. quæ ad huiscemodi causæ dilucidatōnē attinere uideẗ. ii ¶ Pe titis a me iudices. uobis significē. fuerit ne nudiusterti us in urbe Clodius. quo potissimū die Bonæ deæ sa cra uiolata eē ferūẗ. Ego ut uerū fatear: Clodium uidi mane totū apd duūuiros agere: demū ab octaua hora apud Pōpeū coenasse. Postea uero p totū q̄si diē circa cæsaris ædes uagātē ispexi. postremo ad horá noctis tertiá cursu rapido se domū cōferētē: q̄ uero ex cá illud nō ausim affirmare. iii. ¶ Hæc sūt quæ a me scire cupi ebatis: & quæ ego uobis ueraci ꝭmōe ꝓtuleri. ná potis us uellē mortē oppetere q̄ ueritatē iusticiáq̄ʒ lædere. Si qd præterea ē qd ex me uobis cognoscatis gratissimū

futurũ.iubete.ecce me ad oĩa uota urã q̃libẽtiſſime paratũ. Valete. Expoſitiua hiſtoriæ.

¶ Expoſitiua epl'a hiſtoriæ eſt illa.quæ ad aliquẽ amicũ ſcribitur: pro admonitiõe alicuius rei geſtæ: de qua uolumus ipſum certiorẽ reddere: cuius epiſtolæ talis ẽ regula. Regula.

¶ Si expoſitiuã epl'am hiſtoriæ ad aliquẽ amicũ ſcribere uoluerimus: quẽ uolumus certiorẽ reddere de aliqua re geſta: & noua: illã ſimiliter in tres partes diuidemus. In quarũ prima beniuolentiã captabimus a perſona noſtra: declarãtes: q̃tũ ſimus inclinati ad ſcribendũ ipi amico de rebus nouis quæ ul' i rep.ul' priuata acciderũt: cũ maxime intelligamus ipſũ eſſe percupidũ harũ rerũ intelligẽdarũ: & præcipue cũ hoc ſit boni ciuiſ offitiũ: ut uelit ſæpius admoneri de rebus illis: quæ in rep. uel in ciuitate accidunt. In ſecũda uero breuiter dilucideq̧ narrabimus rẽ ipſã: de qua uolumus ipſum amicũ reddere certiorẽ: aut ſi res illa ſit publica de pace uel bello: aut de rebus in ſenatu geſtis: aut ſit p̃uata de negotiis ad alterũ noſtrũ pertinẽtibus: uel de ſalute & euẽtu rerum noſtrarũ: prout nobis uidebiť eſſe ſcribẽdũ circa nouitatẽ & uiciſſitudĩnẽ rerũ ac tẽporum. In tertia aũt dicemus: hæc fuiſſe quæ ad ipm amicũ: ſcribenda eſſe uidebantur: & in hoc loco offeremus eidẽ amico nõ prætermittere laborẽ aliquẽ in ſcribẽdo de reliq̃s rebus q̃ poſt hac eueniẽt dũ modo poſſimus ipi rem gratam facere. Cui etiã offeremus operã noſtram in oĩbus accõmodatã. Propoſitio.

¶ Exponat antonius bruto: bellũ indictũ parthis cui prefectus ſit deſignatus Cicero. Exẽplũ. pars.i.

¶ Scio brute charissime: q̄ cupidus sis res istas intelligēdi: quæ hac in rep. nostra gerūt: cuius cū optimum membrū te esse cognoscas nō potes ab ipsa diu abesse quod si fortasse etiā tibi ab esse contingat: nō pōt cor tuū aliquo pacto cōquiescere: nisi per amicorū tuorū lr̄as crebro certior fias de eius statu: qd̄ cū ego sic esse ītelligā: ut tibi gratificarer: cui in p̄cipua quadā dilectione cōiūctus sum: deliberaui id ad te scribere: quod potissimū diebus istis euenit .ii. ¶ Dum enim in senatu pulcherrime staremus: reddite sunt ex anthiochia litteræ: quibus significabaf: parthos: in agrū cilicū incursionē fecisse: oiaq̄ indies penitus deuastare: quod cum ītellexisset: senatus subito decreuit: ut singuli sn̄ias rogarentur: esset ne bellū parthis inducendū: an potius cū eis pacē ineūdā: quia nō sine magno reip. dispēdio uidebaf illis posse obsisti: super qua re cum multæ uariæq̄ essent patrū sn̄iæ: tādē deliberatū est: ut parthis bellū indiceref: eiq̄ rei q̄ nemo uidebatur: nec sapiētia grauior: nec fide maior: qui tantā posset p̄uintiā sustinere: Marcus cicero p̄fectus est: iāq̄ ei exercitus: arma cōmeatus decretus. Vnde expectamus: infra paucos dies: eu patorē ipsū ex urbe ad expeditionē suā p̄fecturū. Tu interim deos exora: ut his faueāt inceptis: quo resp. nostra nō solū seruetur sed etiā mirifice augeatur. iii. ¶ Hæc sūt quæ diebus istis hoc in senatu gesta sūt de quibus te putaui certiorē faciendū. Si qd̄ p̄terea acciderit: quod sit notatione dignū: faciā te de oibus sæpissime certiorem: cui etiā oēm operam meā offero: in oibus tuis optatis q̄libentissime paratam. Vale.

¶ Expositiua notitiæ.

¶ Expositiua ep̄la notitiæ est illa: quæ ad aliquē amicū scribit: quē certiorē reddere uolumus de cōditione alicuius p̄sonæ: quā ipse scire desiderat. cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si expositiuā ep̄lam notitiæ ad aliquē amicū scribere uoluerimus: cui cupimus declarare cōditionē alicuius p̄sonæ: quā ipse scire desiderat: illā sil'r in tres p̄tes diuidemus. In q̄rū prima beniuolentiā captabimus ab ea p̄sona: ad quā scribimus: declarātes: q̄ ex quo ex literis eius intellexerimus: ipsū scire desiderare cōditionē talis uiri: fuerimus ualde diligētes in ea p̄quirenda: & q̄ tandē intellexerimus oīa quæcūq; circa negociū istud erant intelligenda. In secunda uero breuiter & dilucide declarabimus ea: quæ scribere intēdimus: aperientes particulariter oēm cōditionē illius uiri uel etiam illius rei: cuius ipse amicus ad quē scribimus notitiam habere uoluerit. Quod si forte de nobis ipsis alicui notitiā dare uoluerimus: p̄termissa p̄ma parte: capiemus beniuolentiā a nobis ipsis nos excusando: si aliq̄d de nobis dixerimus: quod tamē dicemus facere nō ex arrogantia: sed solū ut personā ignotā illi aperiamus: q̄ eam scire desiderat: & tunc q̄to modestius poterimus conditionē nostrā narrabimus: ut ab amico noscamur In tertia aūt dicemus hæc fuisse: quæ de tali uiro ul' tali re itelligere potuerimus: & q̄ si alia p̄ ipso amico facere possumus: parati sumus ad oīa eius optata: cui etiam offeremus operam nostram: in oībus libentissime paratam. Propositio.

¶ Exponat Cicero cæsari cōditionem appollonii rhodii: oratoris: cuius ipse notitiam habere cupit.

¶Nihil est tam arduum tã difficile mi Cæsar quin illud libẽtissima fronte subirẽ:ut tibi rem gratã facerẽ: quia sic me cogit amor singularis & eximius: quo ĩ te affectus sum:sicq; me cogunt maxima præclarissimaq; bñficia tua:quibus & antea semp me cumulasti:& ĩ dies cumulare non desinis. Petis a me ut omni diligẽtia exploratã apollonii rhodii cõditionẽ ad te scribam feci id sedulo:teq; de his quæ scire cupis: certiorẽ reddo.ii.¶Est.n.is apollonius:quem tu scire desideras: uir oĩum iudicio singularis: qui nõ tantũ in oratoria facultate:quã ipse manifestissime pfitetur:sed etiam in philosophia non mediocre sibi nomen comparauit:ex rhodo nãq; cum proximis diebus istis in hoc atheniẽse gymnasiũ cõmigrauerit:quia neminẽ reperiuit:qui rhetorica instituta diligenter enodaret.a philosophia ad istam pedestrẽ orationẽ se cõuertit:in qua tantã pfecto studentibus utilitatẽ adiecit:ut uidere facile uidear:iterum palladẽ ex cerebro iouis natã in hanc urbem descẽdisse.iii.¶Plura de hoc hoie ad te scribere possẽ:sed ex aliis etiã plura intelligere poteris. Hoc unũ addo:q; si talẽ oratorẽ in urbẽ euocaueris:nõ priuatæ solum:sed publicæ etiã utilitati non parum consules. Si quid est præterea quod me tibi obsequi cupis: iubeas ecce me ad oĩa penitus uota tua libẽtissime paratũ. Vale.

¶Gratulatorium genus. Caput.x.

GRatulatoriũ genus est illud:quod fit:quotiẽscũq; ad aliquẽ amicũ nostrũ scribẽtes uolumus illi gratulari:pro aliquo suo bono cõsecuto:& huius generis spẽs sũt duæ

una p fortuna, altera uero pro salute.

Gratulatoria.

Pro fortuna Pro salute.

¶ Gratulatoria epl'a pro fortuna ē illa: quæ ad aliquē amicū scribit: cui uolumus gratulari: p aliq̄ dignitate ul' p̄speritate cōsecuta: cuius epl'æ tal' ē regula. Regula.

¶ Si gratulatoriā epl'am pro fortuna ad aliquem amicu scribere uoluerimus: cui uolumus congratulari: uel p aliq̄ dignitate cōsecuta: uel p aliquo gaudio seu lætitia: quā ipse p̄spera fortuna fuerit assecutus: illā in tres p̄tes diuidemus. In q̄rū p̄ma beniuolētiā captabimus ab ea persona: ad quā scribimus: ipsam sūmopere laudantes: & ostendentes: q̄ meritis & uirtute sua fuerit consecuta talem dignitatē: uel prosperitatē. In secūda uero demonstrabimus q̄tum hoc nobis fuerit gratum beniuolentiā captantes a persona nostra: & declarātes propter amorem & beniuolentiā: qua in talem personam afficimur: nos fortunā istam p̄priā existimare. In tertia aūt deū rogabimus: ut hæc dignitas siue foelicitas sit illi perpetuæ laudi ac utilitati futura: simulq̄ in hoc loco offeremus illi oēm operā nr̄am q̄libētissime accōmodatā: dūmodo possimus: circa hanc dignitatē suā: ei aliquid utilitatis afferre. Propositio.

¶ Cōgratulet' curioni Cicero: p tribunitia p̄tate: quā merito cōsecutus est. Exemplum. pars. i.

¶ Nescio: mihi potius: an tibi gratuler Curio p tribunitia ista p̄tate tua: quā nuper uirtutibus tuis p̄clarissimisq̄ morū īstitutis cōparasti. tibi. n. nō mediocrē uideo gloriam accessisse: cui tantū honoris gradū: iuuenili p̄serti hac in ætate tua ascēdere licuit: ut nō minus

oium de te opinionē superaueris q̄ æquaueris: nec id qdē imerito: tātā nāq; tibi apud oēs existimationē cō citasti: ut laus tua non obscuro nec uario sermone: sed & clarissima & una oium uoce p̄dicetur. Mihi autē nō parū decoris & ornamēti adiūxisti: cui tali stēmate decoratū liceat amicū habere: q & suo splendore hāc nō solū amicitiā illustrare possit: uerū ei maximo sit futurus emolumento. ii. ¶ Tibi igitur tuæq; uirtuti gratulor: p hac dignitate tua: tā optima q̄ benemerita quā licet nunq̄ ambitiose quæsiueris: utriusq; tamen uirtutis tuæ splendore semp promereri studuisti: mihi uero gaudeo cū tātū laudis accesserit: nec id qdem iniuria. oia. n. sunt amicorū (ut aiunt) cōia: quorū etiā animi adeo dicūt eē cōiūcti: ut unus idēq; spūs duo corpa regat. ac idē sit i duobus sēsus eadēq; uolūtas. iii. ¶ Dii quoq; te faustū foelicēq; cōseruēt: quorū arbitrio oia gubernāt ac ad meliora semp dignioraq;: ut meritus es te puehant ut & tibi & tuis gloriā imortalē acqras: & reip. tādē bonus ac honestus ciuis euadas: quā cū diu foelicissime gubernaueris: in eius tandē sinu faustissime quiescas.

Gratulatoria pro salute.

Gratulatoria epl'a pro salute ē illa: quæ ad aliquē amicum scribit: cui uolumus gratulari: aut pro salute: post ægritudinē cōsecuta: aut quia ex aliquo loco saluus rediērit: Cuius epl'e talis est regula.

Regula.

¶ Si gratulatoriā epistolā pro salute ad aliquē amicū scribere uoluerimus: illam similiter in partes tres diuidemus. In quarum prima beniuolentiam captabimus a persona nostra: declarantes: quātum prius de amici ægritudie doluerimus: ul' de eius salute dubii fuerimus

fi a nobis fuerit separatus. In secũda uero declarabimus quanto gaudio affecti fuerimus: cũ de eius salute: uel incolumi reuersiõe intellexerimus: & tunc ei de tali salute cõgratulabimur: deum rogãtes: ꝙ hãc prius incolumitatem suã diu seruet. deinde ipsum deinceps ab oĩ malo tueat̃. In tertia autẽ offeremus eidẽ amico omnẽ operam nostrã: ut in aliis fieri cõsueuit. Propositio.

¶ Cõgratulet̃ Eustachius andronico: pro salutis suæ pristinæ instauratione. Exemplum. pars.i.

¶ Quanto dolore affectus fuerim diebus istis: Eustachi charissime: cum primũ ex amicorũ meorũ l͞ris intellexissem: te in graue quẽpiam morbum incidisse: ꝑ litteras quidẽ tibi significare non possem. Existimaui ꝑfecto hanc mihi ægritudinẽ tuam: esse cõem: pro eo amore ac beniuolẽtia: qua in te summopere affectus sũ ii. ¶ Sed quãto maior fuit exacta moesticia: tanto maior nunc læticia successit: cum intellexerim: te iam dei optimi bonitate iuuante: in p̃stinam salutem fuisse restitutum. Gratulor igitur tibi prius pro ista incolumitate tua instaurata: deumq; exoro: ut diu te saluum seruet atq; superstitem: ut nos oẽs amici tui cupimus & peroptamus: qui tuo amore adeo deuincti sumus: ut nunq̃ possimus ab eo auelli. iii. ¶ Nos quoq; scias: diuina fauente pietate: saluos omnes esse atq; incolumes & omnibus uotis tuis q̃libẽtissime paratos: dum tibi possimus esse & honori & utilitati q̃ maxime. Vale.

¶ Exhortatiuum genus. Caput. xi

Exhortatiuũ genus est illud: quod fit: quotienscũq; personã aliquam ad aliquid peragendum uolumus cohortari: & huius ge

neris spēs sunt duæ. Vna scilicet ad lætitiā. altera uero ad dolorē. Exhortatoria.

Ad dolorem. Ad lætitiam.

¶ Exhortatiua epl'a ad lætitiā est illa: quæ scribitur ad amicū: quē exhortari uolumus ad aliquid peragendū quod illi in gaudiū honorē: & utilitatē futurū sit. Cu ius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si exhortatiuā epl'am ad læticiā ad aliquē amicum scribere uoluerimus: quem cohortari uolumus: uel ad uirtutes capessendas: uel ad gaudiū ꝓ aliq̄ re suscipien dū siue ad aliqd aliud pagēdū: qđ i eius utilitatē redū det: illā in ptes qnq; diuidemus. In q̄rū prima beniuo lentiā captabimus ab ipsa re: declarātes: q̄tū ipsi amico ad quē scribimus: sit futura utilis res ipa: ad quā ipm exhortari studemus. In secūda uero beniuolētiā simili ter capiamus a re ipsa: laudātes ipsam ab honestate & iusticia. & demōstrātes ipsam æquissimā esse: & quo cunq; ꝓbatissimo dignam: ad hoc ut ipse amicus facili us incitetur ad id faciendū: ad quod ipsū cohortamur si senserit aliquid inde sibi honoris ꝓfecturū. In tertia aūt demōstrabimus rem ipsam esse possibilē & facilē ad peragendū. q; naturaliter quāto res est facilior: tan to libentius a nobis suscipitur: cū natura nostra a labo re prodiuis sit ad libidinem & uoluptatē. In quarta ue ro ostendemus huiusce rei necessitatē: dicētes. q; neces sario amicū ipm oporteat tale quid peragere: ne forte in aliquod damnū: uel dedecus incideret. In ultima de niq; proponemus quid uolumus ipsum amicū facere dantes ei modū rem ipsam peragendi: & hæc proposi tio appellatur: quæ tamē inter cæteras partes est ponē

da:ubi magis ad ppositū facere uideat. Propositio.
¶ Exhortetur Fabius papiriū prætextatū: ingenuū adolescentē: ad uirtutes capescēdas. Exēplū ps.i.
¶ Nihil unq̄ fuit papyri charissime: q̄ tā publicis q̄ priuatis rebus maiori unq̄ emolumēto fuisse legamus: q̄ ea potissimum uirtus: quæ nō solū priuatas domos: uerū & publica quoq; imperia regere: gubernare: atq; imprimis augere solita est: hinc & athenienses doctissimos uiros rē suā publicā merito inter cæteras præstantissimā reddidisse comperimus. Nec minus quidē clarissimorū uirorum prudētia: sapientissimoq; consilio rhomanā scimus remp. conseruatā atq; mirifice amplificatā.ii. ¶ Pretereo eiusdē uirtutis splendorē: quo quis q; potissimū ei familiaris nō minimū quidē honestatus est: est eni tanta uirtutis grā: tanta gloria & auctoritas: ut facile ex ignobili quēquā nobilē: ex mortali imortalem reddere possit .iii. ¶ Ad hāc igitur uirtutis laudem: pro singulari in te beniuolentia mea: his meis litteris te incitare disposui: nō q̄ ad illam te tua sponte satis incitatū esse diffidā: sed ut amorē in te meū apud te testificatum relinquam.iiii. ¶ Nec profecto tibi ad uirtutem capessendam difficilis additus patet. hanc.n. tibi facillime cōparabis si hoc statueris: quarū laudum gloriam adamaris: quibus artibus he laudes cōparant in iis potissimum esse laborandum .v. ¶ Hæc uides quanto tibi hac maxime tempestate necessaria sint: cū cadēti reip. tali sit opus defensore: q omni uirtute uallatus eam in pristinū statum: ueteremq; libertatem merito sit uendicaturus. Vale.

¶ Exhortatiua ad dolorem.

¶ Exhortatiua ep͞la ad dolorē ē illa: quæ scribitur ad aliquē amicū: quem exhortari uolumus ad lachrymas & moerorē: pro aliqua fortuna aduersa: uel publica: uel priuata: & huius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si exhortatiuā ep͞lam ad dolorē ad aliquē amicum scribere uoluerimus: quē ad lachrymas uel luctū incitare uolumus: pro aliquo casu aduerso qui nobis uel amicis priuate acciderit: uel publice etiā euenerit: illā in ptes quattuor diuidemus. In quarū prima beniuolentiā captabimus ab ipsa re: demonstrantes q̄tū sit iustū & honestū: aut pro amicorū aduersitatibus: aut pro pub. incōmoditatibus dolere: cum præcipue huiuscemodi calamitates debeamus cōes existimare. In secunda uero narrabimus casum ipsum: propter quem uolumus ipsum amicum ad dolorem cōmouere. In tertia aūt cū uerbis accōmodatis: exhortabimur ip̄m ad dolorē: pro tali re suscipiendū. In q̄rta uero & ultima demōstrabimus: q̄tum sit necessariū: in huiuscemodi calamitatibus dolere: ut post dolorē succedat cogitatio & cura consulendi ipsis rebus afflictis, ꝑmittentes etiā nos operam nostram: in oībus fore paratam: dummodo possimus aliquid prodesse. Propositio.

¶ Exhortet̄ plancū Cicero: ad dolorē capiendū pro reip. romane oppressione. Exemplum. pars. i.

¶ Cū iure tā diuino q̄ humano cogente: post pientissimū in deos obsequiū: quicquid in nobis est: illud totum patriæ reiq; publicæ debeat: pro cuius non solum prosperitatibus lætari: icōmoditatibusq; lugere debemus: sed pro qua etiam sanguinē effūdere: si opus est debiti sumus: non sum ab officio boni ciuis alienum

.rbitratus:ſi expoſitis calamitatibus nr̄is:te ad nobiſ
cū lachrimādū icitauero.ii.¶Scias plāce chariſſime ꝑ
ſtinā illā dignitatē & auctoritatē nr̄am: qua mirifice
hoc in ſenatu pollebamus: Cæſaris nūc iniquitate pe
nitus eſſe ſublatā: qui monarchiā imperii conſecutus:
nō ſolū patres ab urbe ꝓpulit: ſed nec alicui uiro bono
liberū amplius nomē reliquit. Quis igit̄ eſt tā ferreus
ciuis: qui ſe a lachrimis cōtinere poſſit? amiſſa nāq; di
gnitate nr̄a: quid reliquū nobis eſt: niſi ut in luctu &
ſqualore iaceamus? flemus: ploramus: ululamus tota
die: teq; lachrimarū iſtarū etiā uolumus ſociū habere.
.iii.¶Neceſſe eni ē: ut gemitus augeant̄: lachrimæ ex
creſcant: ploratus crebrior fiat: hæc eni fortaſſis aīorū
quædam irritamēta fuerit: quæ diu iniuriā iſtā pati ne
quibunt: qd̄ ſi quis ad hanc laudabilē puinciā animū
adiecerit: nō recuſo laborē: ſed potius ad omne capitis
periculum ſubeundum: omnem operā meā: uitā deni
q; ipſum libentiſſime paratam uoueo. Vale.

¶Diſſuaſiuum genus. Caput.xii.

Diſſuaſiuū genus ē illud: qd̄ fit quotieſcūq;
ad aliquem amicum ſcribimus: quē ſi uide
rimus inclinatū: ad aliquid peragendum:
ab eo uolumus deducere: & huius generis
ſpēs ſimiliter ſūt duæ: una.ſ.a lætitia: altera uero a do
lore.

Diſſuaſiua

A lætitia — A dolore

¶Diſſuaſiua epiſtola a lætitia: ē illa quæ ſcribitur ad
aliquem amicum: quem ſi uiderimus inclinatum ad a
liquod reprehēſibile gaudiū: ipſum ab eo conabimur
retrahere: & huius epiſtolæ talis ē regula. Regula.

¶ Si dissuasiuam epistolam a lætitia ad aliquem amicum scribere uoluerimus: cui dissuadere intendimus: ne in aliquam indebitam lætitiam prorumpat: uł ad aliquid faciendum properet: quod ipse sibi bonum futurum existimet: illam similiter in partes quinq3 diuidemus. In quarum prima ostendemus rei ipsius inutilitatem: si fecerit eam: & omnibus mediis demonstrare conabimur ipsam omnino esse dánosam. In secunda uero aperiemus: rem ipsam esse penitus iniustam & inhonestam: & minime uiro bono condecētem: ita ut per hæc media ipsum amicum nostrum inducamus ad hoc: ut rem ipsam existimet nullo pacto esse faciendā. In tertia autem proponemus: quo pacto sit ab ipso amico peragendum: ut a tali re facienda desistat: & simil' rei ipsius modū aperiemus: quo debeat in ipsa re procedere. In quarta uero demonstrabimus: quantum sit ipsi amico facile: a tali re facienda desistere: ita ut p hāc facilitatem citius inducatur ad persuasionem. In quinta uero & ultima declarabimus necessitatē ipsam: propter quam sit coactus a tali lætitia desistere: simulq3 ipsi amico offeremus omnem operam nostram: si uoluerit persuasionibus nr̄is morem gerere. Propositio.

¶ Dissuadeat Curioni Cicero: in lætitiam prorumpere: quia Cæsar monarchiam obtinuerit imperii.

Exemplum pars .i.

¶ Inueterata fuit: dignissimaq3 uniuscuiusq3 philosophantis opinio: Curio charissime: nihil uiro bono inutilius esse: nihilue damnosius q̄ de suæ reipublicæ oppressione gaudere: pro cuius cōseruatione: quanto qs maiorem laudem & gloriam consequitur: tanto maio

rē nota dignus efficitur qui in eam aliquid attētare stu duerit secū .ii. ¶ Adde ꝑterea ꝙ nihil unq̄ uiro digno inhonestius: nihilue turpius existimari potest: q̄ in rei pu. suæ casibus lætitiā præseferre: pro qua si quis etiā pulcherrimū sanguinē exposuerit: non modicam sibi gloriā & laudē cōparabit .iii. ¶ Cum igitur intelligā te pro Cæsaris uictoria tantū gaudii suscepisse: ut uix te ab eius publica ostentatione cōtinere possis: dolui certe: te in tantū dilapsum fuisse facinus: ut etiā in malis tuæ patriæ gaudere possis. Proīde te hortor: ut ab ista lætitia uana & turpi desistere uelis. iiii. ¶ Facile eni tibi est: omnē lætitiā istā in lachrymas uertere: cū præcipue optimus semp ciuis fueris existimatus: cuius officiū est: illam pulcherrimam mortem ducere: quæ pro patria suscipitur .v. ¶ Adde etiā ꝙ in tātis totꝗ reip. perturbationibus: tibi necesse est: non solum ab hac animi hilaritate discedere: sed & ꝑpetuas lachrymas periclitanti patriæ condonare. Vides enim quāta etiam tibi sint mala i hac publica calamitate patienda: nisi corde & animo ingemiscens: cadentibus rebus mature cōsulueris. quod ut facias te rogo: & ad id peragendum omnē tibi operam meā paratā deuoueo. Vale.

¶ Dissuasiua a dolore.

¶ Dissuasiua epistola a dolore est illa: quæ ad aliquē amicum scribitur: quem si uiderimus inclinatum ad aliquem reprehensibilem dolorem: uel minime laudabilem: ipsum ab eo deducere conabimur. & huius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si dissuasiuam epistolam a dolore ad aliquem amicum scribere uoluerimus: cui dissuadere intendimus:

ne propter aliquam causam in moerorem deducatur: quem ipse forte inconsiderate suscipit. illam similiter in partes quinq; diuidemus. In quarum prima declarabimus quantum sit inutile uel damnosum ipsi amico nostro in tali casu dolorem ostendere: cũ præcipue hoc nõ sit uiri sapientis officium: ut in rebus aduersis dolere debeat. In secunda uero demonstrabimus: ipsi amico non esse honestum uel laudabile: si propter ipsã rem doleat: & hic si uoluerimus: aliquam rationem adducemus: propter quam probemus turpe esse ipsi amico nostro: si in dolore diutius moretur. In tertia autẽ conabimur omnibus mediis: quibus nobis possibile fuerit: ipsum amicũ a tali dolore deducere: & in gaudium potius & cõsolationẽ inducere. In quarta uero demonstrabimus hoc facile esse: si uoluerit amicus ad lætitiam se uertere: & ab ipso dolore discedere. In quinta uero & ultima ostendemus quantum sit ipsi amico ad quem scribimus: necessarium: ut a tali moestitia penitus discedat: adducendo aliquam rationem: quæ uideatur ad propositũ facere. nam epistola ista est quasi similis epistolæ consolatoriæ: de qua superius mentionem fecimus. & simul etiam in hoc loco: si nobis uidebitur: offeremus ipsi amico omnem operam nostram dum possimus ipsum a tali moesticia uel dolore remouere: & in aliquod gaudium deducere.

Propositio.

¶ Dissuadeat Marco Antonio Brutus: in luctu tabescere propter Iulii Cæsaris interitum.

Exemplum. pars. i.

Hoc ẽ officiũ optimi cuiusq; ciuis marce ãtoni carissi-

me:ut non solum rempublicam suam & bonum cōmune diligat: sed illud etiā pro uirili sua quærere: & quæsitum mirifice conseruare conetur. pro quo tutādo etiam: si opus fuerit: q̄libentissime sanguinem ipsum effundere cupiat. quod qui facere neglexerit: uel acriter puniri debeat: & a senatu alienus censeri. ii. ¶ Non. n. laudabile est: imo turpissimū & detestandum facinus pro priuato bono publicū & cōmune spernere: ac spernendo destruere. imo & qui hoc facere præsumpserit: poenas luere decet: & nullum morte sua amicis luctū relinquere. iii. ¶ Cum igitur propter Cæsaris internitionem uideam te in moerore & luctu constitutū: nō possum nō summopere mirari: cum præsertim te semper bonum probatissimumq; ciuem cognouerim: qui non solum de republica tua semper benemereri studuisti: sed omnes in eam crudelissime delinquētes: tāto persecutus es odio: ut tanq̄ in matrem tuam sæuientes fuissent: eos sic tibi iimicos existimaueris. iiii. ¶ Recipe igitur priorem animum tuum in patriam: & pro nequissimi tyranni nece noli tantopere cōmoueri: qui nullam uiris bonis libertatem relinquens pulcherrimā reipublicæ faciem in turpissimā cōuerterat. v. ¶ Facile nanq; est tibi uiro prudentissimo a dolore & luctu ad læticiam potius & consolationem animum deducere cum præcipue uideas tali occupatore extincto: pristinam iam sibi libertatē ipsam recuperasse. Cogita præterea quantum tibi hoc præsertim tempore: necessarium sit: ut relicto moerore serenissimam patriæ tuæ faciem ostendas: quæ tuis subsidiis fulta: possit aliquando ex tantis calamitatibus respirare. quod ut facilius

facere possis: dabimus operam omnes nos amici tui: ut i rebus omibus nostra officia sint tibi q̄libētissime parata. Vale.

¶Inuectiuum genus. Caput. XIII.

INuectiuum genus est illud: quod fit: quotienscunq͂ personam aliquam uel amicam uel inimicam reprehendere uolumus: pro aliquo crimine sceleris uel ignorantiæ. & huius generis species sunt duæ. Vna scilicet criminis. altera uero contentionis.

Inuectiua

Criminis. Contentionis.

¶Inuectiua epistola criminis est illa: quæ ad aliquā ꝑsonam scribitur: aut amicam: aut inimicam: quam pro aliquo scelere uel flagitio: siue remisse: siue excandescēter uolumus accusare: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

¶Si inuectiuā epistolā criminis ad aliquā personam scribere uoluerimus, primo scire debemus: ꝙ si persona ipsa ad quam scribimus: est nobis amica: remissa inuectione utendum erit: & prius uerbis asperis accusandum: deinde in bona uerba desinendum. Si uero inimica fuerit persona: tunc in tres potissimū partes ipsā epistolam diuidemus. In quarū prima beniuolentiam captabimus a persona nostra: declarantes. ꝙ ad talem inuectionem non uoluntarie: sed coacte simus impulsi: & ꝙ sæpenumero a tali inimico lacessiti: ad ultimum usq͂ perpessi sumus: sed nunc amplius pati non possimus: cum præcipue ipsius personæ uitia in alicuius dānum uerterentur: si non essent accusata & castigata. In

secunda uero rem ipsam repræhendendá adducemus: simulq rationes omnes: quæ ipsi inuectioni uidebuntur accómodatæ. In tertia uero: si amica erit nobis psona: ad benignũ aliquẽ sermonẽ conuertemur: ipsá monentes, ut a tali facinore desistat: quod si fecerit: omnẽ ei operam nostrá offeremus: q̃libentissime paratá. Si uero inimica erit persona: beniuolentiá iterũ a nostra persona constituemus: dicentes: nos amplius nole in ipsum inimicũ inuehi: ne potius propter odium id fecisse uideamur: q̃ ueritatẽ: sed q in aliud tẽpus cætera uolumus dicenda reseruare. Propositio.

¶ Inuehatur Cicero in Luciũ catilinã: qui in patriam rẽpu. coniurare parat. Exemplum. pars. i.

¶ Nihil est Luci Catilina q̃d me magis hac tẽpestate sollicitet & intolerabili pene dolore conficiat: q̃ q̃d & multorũ sermonibus & litteris intellexi: te scilicet i patriam tuã: pro cuius deberes libertate libenter uitá effũdere: coniuratioñẽ parare. quod profecto inter cætera uitia scelestaq facinora tanto detestabilius est: quáto bonum cómune priuato melius nobiliusq censet. Vnde nisi me amor sũmus: quo in te afficior: mutuaq beniuolentia nostra impelleret: potius mihi tacendum q̃ ad te scribendũ existimarem: uolui tamẽ hæc pauca ad te mittere: ut q̃dná potissimũ hac in re senserim apud te testatum relinquerẽ. ii. ¶ Quis furor? quæ insania? quæue potius dementia te ad tãtũ scelus peragendum cómouere pót? Tu ne patriæ filius: uel eius mẽbrũ scelestas audebis in matrem uel potius corpus tuum manus inferre, lugentesq pueros: lachrymátes matronas luctuosos ciues: lugubrem senatum destructam remp.

deorumq; profanata poteris cernere tẽpla? & quibus quęso oculis ista conspicies? Sed regiam iquies digni-tatem quęro: dominatum concupisco. Et quę per de-um immortalem potest esse dignitas: tali merito nomi ne decoranda? quis dominatus honestus: qui reip. la-chrymis: bonorumq; ciuium depopulatione paretur? Ille quidem iudicio meo est honor existimandus: il-la merito dignitas appellanda: quę in rempu. collatis meritis acquiritur. Nihil est enim: quod maioris fru-ctus glorięq; esse possit: nec quicq̃ ex omnibus rebus humanis est prędarius atq; pręstantius: q̃ de repub. benemereri. Tu autem reip. oppressione immortalem tibi laudem parare speras? falleris (mihi crede) catilina ac longe deciperis. Vide ne dum tibi immortalitatem quęris uitam amittas: atq; exiguam hanc existimatio-nem quam tibi olim cõcitasti: foedissimo nomine de-turpes ac dehonestes. iii. ¶ Repelle igitur a te inclemẽ tissimam uel potius nefariam mentem istam. ac reipu. incumbas: quę teq; tuosq; dignis ac p̃ciosis quidem possit muneribus dignitatibusq; exornare ut omnibus gratus omnibusq; iucundus existens: in dulcissimę tã dem patrię sinu susceptus: diu faustus foelixq; uiuere possis. quod si facere uolueris: ut spero & opto: omnẽ tibi operam meam offero: in omnibus tuis optatis q̃ libentissime paratam. Vale.

¶ Inuectiua contentionis.

¶ Inuectiua epistola contentionis: est illa. quę ad ali-quã personã scribitur cuius ignorantiã reprehendere uolumus: sup aliquo loco humano: super quo est no-bis cũ ea contentio: cuius eplę talis est regula.

Regula.

¶ Si inuectiuam epistolam contentionis ad aliquam personam scribere uoluerimus: cum qua nobis sit con trouersia: super aliquo loco studioso uel humano & ipsius in ea re ignorantiam reprehendere uel accusare curauerimus: illam in partes tres similiter diuidemus. Et quáuis possimus ipsam epistolam dirigere ad eam personam: ad quá scribimus: melius tamē est ꝙ ipsam mittamus ad aliquem tertium: apud quem tanquam iudicem: res ista agatur. Sed ut cunqꝫ sit: in prima parte epistolæ ostendemus sicut in superiori factum est: ꝙ non sit officium uel consuetudo nostra in tales cōtrouersias uenire: cum potius semper pacem & quietē amauerimus: & ꝙ sæpenumero prouocati: ad ultimū usqꝫ simus perpessi. Tamen dicemus: impræsentiarum tantam esse aduersarii nostri insolentiam: quæ præcipue tendit ad honorem nostrum denigrandū: ꝙ nullo pacto amplius tacere possimus: sed potius omnino uelimus rem istam agere apud ipsam personam: ad quá scribimus: ut propter bonitatem & præstantiam suam uelit super ea iudicium ferre. In secunda uero narrabimus breuiter & dilucide rem ipsam: super qua est inter nos exorta controuersia: simulqꝫ recitabimus rationes nostras: ipsas confirmando: & per oppositum rationes aduersarii confutabimus. In tertia autem dicemus multa etiam alia nobis dicenda esse: quæ tamē dicere nolumus: ne uideamur potius odio q̄ ueritate faciente: eius ignorantiam accusare: rogabimusqꝫ amicum nostrum: ut super his rebus imperitiam aduersarii nostri iudicet: simulqꝫ illi commendabimus nos:

& ei offeremus oẽm operam noſtram: in omnibus paratam. Propoſitio.

¶ Inuehatur in batillũ gelius: qui ĩperſonale uerbũ dicit numeris & perſonis carere.

Exemplum. pars. i.

¶ Nihil unq̃ a me magis alienum eſſe uolui: obſeruãdiſſime doctor: q̃ alienis detractiõibus delectari: quæ profecto iniquum ſemper & maliuoluum hominis animũ præſeferũt: ſed potius ab iimicis meis & æmulis ſæpiſſime laceſſitus: ad ultimum uſq̧ perpeſſus ſũ ne inquinatiſſimis & impudentiſſimis eorum maledictis reſpondere conatus: aliquid in me ſimile eſſe oſtẽderem: quod me ad reſpondendum alliceret. Sed cum diebus iſtis uarias in me batillus contumelias cõiectare non ceſſet: quæ non ſolum ad litterariam cõtrouerſiam: ſed ad honoris quoq̧ mei offẽſionem pertinẽt: ſtatui non amplius ſilere: ſed apud te iudicem peritiſſimum: huiuſcemodi controuerſiam agere. ii. ¶ Clamitat ignorãtiſſimus iſte nebulo: uerbum impſonale numeris & perſonis carere: cum impſonale a perſonarũ carentia præcipue dicatur: nec ſibi aliquo pacto pſuadere põt imperſonali uerbo numeros & pſonas accidere: quod licet multis poſſẽ rõnibus & auctoritatibus approbare. unam tamẽ potiſſimũ adducã: quæ inter cæteras facilior exiſtimatur. Certum eni eſt uerbo perſonas & numeros accidere. accidentia autẽ non cõmunia ſed propria ſunt uniuſcuiuſq̧ partis orationis: ita q̧ omnibus ſpeciebus ſub ſuo genere cõtentis conuenire debent: ut priſciano placuit: ergo numerus & perſona etiam uerbo imperſonali accidẽt: uel imperſona-

le uerbum non erit: sed cum impersonale uerbi species sit: relinquetur ipsum etiam numeros & personas habere. Nec obstat eius denominatio: ꝙ scilicet a personarum carentia impersonale dicatur. nam sicut mutæ dicuntur litteræ non quia omnino uoce careát: sed ꝙ ad similitudinē cæterarum litterarū sint tanq̄ mutæ: cum uocem minimam habeant: ita & impersonale dicitur: non ꝙ sine personis sit sed quod ad similitudinem personalis: illas distinctas habentis: sit tanq̄ sine personis: cum eas confusas habeat. iii. ¶ Plures quidē & alias possem huiusce ignorātissimi hominis inepti as scribere: quas dedita opera prætermittere statui: ne illas carpendo: odiose potius: q̄ ueridice id facere uideer: Tu igitur super his rebus sententiam feres: qui latinitatis nostræ lumen existis: & me tibi commendatū habebis: cui ego omnem operam meam offero: in omnibus uotis tuis q̄libentissime accōmodatam. Vale.

¶ Expurgatiuum genus Caput. XIIII.

Expurgatiuum genus est illud: quod fit: quotiescunq; aliquid nobis obiectum expurgare uolumus: uel quum: circa rem aliquā: quæ nobis posset opponi: excusationem nostram exponere conamur: & huius generis species similiter sunt duæ: una scilicet criminis, altera uero Contentionis.

Expurgatiua.

Criminis. Contentionis.

¶ Expurgatiua ep̄la criminis est illa: quæ ad aliquam personam scribitur: amicam uel inimicam: a qua fuerimus aut remisse aut excandescenter pro aliquo scelere

uel flagitio accusati: cuius quidem epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si expurgatiuā epl'am criminis ad aliquā personā scribere uoluerimus: primo scire debemus q̄ ista epl'a dupliciter fieri potest: uno scilicet modo remisse: & altero excandescenter. Remisse scribit̄ hæc epistola: quādo apud amicū nos uolumus excusare: pro aliquo crimine: cuius etiam ipse nos remisse isimulauerit: & tūc hæc epl'a potius excusatoria dicitur. Excādescenter autem hæc epistola scribitur: quādo aut apud inimicum nos defēdere uolumus ab aliquo crimine obiecto: aut apud aliquam tertiam personā: quod usitatius ē. Sed quocunq; modo fiat ipsa epl'a: eam in tres potissimū partes diuidere solemus. In quarū prima: per aliquam rationabilem causam: aut ueram: aut saltem uerisimilē nos excusamus ab eo crimine: quod fuerit obiectū dicentes aut hoc non esse uerum: quod ab ipsa persona scribatur: aut per imprudentiam uel ignorantiā & nō malitiose id fecisse: quod nobis uitio ascribitur. In secunda uero aut remisse aut excandescenter: secundum epistolæ missæ naturam: ipsam personam: ad quam scribimus: uel tali uel alio uitio criminabimur: dicentes, q̄ boni uiri officium est: antequā alios reprehēdat seipsum inspicere: ne cæcus cæcum illudat. In tertia autem & ultima: si remissa fuerit epl'a: promittemus amico nostro: i tale crimē amplius nō esse lapsuros: simulq; cohortabimur eū: ne & ipse in talē culpā incidat cuius eū accusauerimus quia eodē illum crimine condēnabimus: cui etiā offeremus oēm operā nr̄am i oibus

suis optatis merito paratam. Sed si excandescés fuerit epistola: cohortabimur personam illá: ad quam scribimus: ut deinceps a detractione desistat: qa si quæ uult dicere perrexerit: quæ non uult: fortasse audiet. Vel si ad tertiá personam scribatur epistola: possumus similiter inimicum admonere: ut a maledicendo se abstineat: deinde excusabimus nos: si contra uiri boni officiú inimico detraxerimus: dicentes: qd hoc ex iniquitate non fecerimus: sed potius ut suis maledictis finem aliquádo imponeremus. Propositio.

¶ Expurget se. L. catilina a coniurationis crimine: cuius fuerat a Cicerone isimulatus. Exéplú ps. i.

¶ Ea semper fuit conditio mea patres cóscripti: ut ma liuolos penitus homines: alienæq; famæ sæuissimos obtrectatores abhorrerê: nihilq; magis uiro bono detestabile existimarem: q̃ mordaci quodá liuore aliena carpere ac lacerare: hacq; tandiu in sententia permansi: q̄ a plerisq; sæpenumero lacessitus: ad ultimú usq; pa pessus sum. Sed cú diebus istis ab inuidissimo huiuscemodi rabula: omniúq; bonorú iimicissimo: assiduis obtrectationibus prouocatus sim: dissimulaui quo ad potui: ne si maledictis omnibus respondere: in idé procacitatis uitium inciderem: quod impudétissimus iste scurra non erubescit: cum tantum adhuc quottidianis me conuitiis suis lacerare non desistat: bona cum uestra uenia patres conscripti: in uocem tandem erum pere statui: atq; uno (ut aiút) labore: duas erumnas sol uere: & maledictis scilicet carnificis huius respondere & eius uobis scelestissimá códitioné aperire: quo manifestius scire possitis: quátum sit eius callidissimis di

ctis fidei adhibendum. Exclamat bonorũ omniũ inui dissimus iste calũniator: catilinã bonũ optimumq͂ ciuem in patriã coniurasse: quæ quondã nõ opibus solum: sed & sanguine proprio a suis semp progenitoribus seruata est. Exclamat inquilinus contra patricium rem scilicet publicã suã: suam inq͂: cuius ab urbe condita ad hæc usq͂ tẽpora membrũ semper extitit: destruere conari: tanq͂ alter alteri inter se corporis artus rebelles essent. Huic ne sceleri patres cõscripti credendũ cẽsetis? qui tanq͂ cõperta foret hæc cõiuratio: in cõiurationem inuehitur: qua quæso coniectura? quibus signis? quo ue mouẽte id percipere potuit? nisi fortasse suorũ cõsciẽcia scelerũ: quod in se uidet delyrus senex in aliis suspicetur: qui nullũ unq͂ bonum ciuẽ amare potuit sed oibus semper infensus: die noctuq͂ insidias parare contẽdit: quo se oibus uilissimus arpinas præferræ possit. ii. ¶ Videte quæso patres conscripti: q͂tum sit huic pessimo uiro fidei adhibendũ: ut aliquãtisper ad eius scelesta facinora me conuertam. Nuper eni cum albis pedibus hanc se in urbẽ contulisset: ac inani quadã eloquẽtia sua fretus: pauperrimorũ in se animos conuertisset: suis adeo eos illecebris spoliauit: ut nihil ipis amplius reliquum fecerit Hinc ex inopia subito in maximas diuitias dolose excreuit hinc domus: hinc agri: possessiones serui: clientes: quæ oia tã cito sibi parare non potuisset: nisi insidiis: quibus abundat: pauperrimæ plebis bona surripuisset. Ex hac igitur foedissima opulẽtia tanta superbia excreuit: ut patricio quoq͂ ordini infensus: nõ illi solũ molestus esse: uerum etiã eũ pro uiribus destruere conetur. iii. ¶ Attingerem pro

fecto reliqua nefanda huiusce Nebulonis facinora: & plurima quidem: nisi benignissimas aures uestras tali cõmemoratione offendere dubitarē: uidi eni grauius auditorum animos offendere: qui aliena flagitia aperte dixere: q̃ eos qui cõmisere: proinde ea dedita opera subiicebo: uestrū tamē est: res istas æquo animo cognoscere: ac ciuē uestrū ab huiusce rabulæ insidiis libera re.

¶ Expurgatiua contentionis.

¶ Expurgatiua epistola contētionis est illa: quæ ad aliquá personá scribitur: a qua reprehensi fuerimus super aliquo loco humano: sup quo fuerit inter nos contentio: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

¶ Si expurgatiuá epistolam contētionis ad aliquá p̄soná scribere uoluerimus: a qua fuerimus reprehēsi super aliquo loco: super quo inter nos fuerit aliqua controuersia. Scire prius debemus: q̄d ut plurimum talis epistola scribitur ad aliquá tertiam p̄sonam: prout epistola superior: apud quá huiuscemodi cõtrouersia tractatur: sed nihilominus potest ad ipam p̄soná propiam dirigi: ad quá scribere intendimus. Sed ut cūq; sit: epistola ista similiter in tres potissimum partes diuidetur. In quarum prima faciemus prius exordium: declarantes qua causa simus incitati ad respondendum illi: ad quē scribere uolumus: uel de quo loqui intēdimus & q̄d licet nõ sit nostra consuetudo altercari: & præcipue cū hominibus malis & ignorātibus: tamē ne tacēdo uideamur cõsentire suis detractõibus: uoluerimus illi respõdere. Et tunc addūcemus rõnes aduersarii nostri: quas ipe scripserit: & illas cõfutabimus: prout melius poterimus. In secunda uero parte: ex opposito de

monstrabimus aliquam ignorātiam aduersarii nostri: quæ oibus sit manifesta: & tñ cū omni moderatiōe conabimur in ipsum inuehi: ostendentes eū penitus esse litterarū omniū uel rerū expertem. In ultima autē dicemus: q̄d licet plura essent de tali homine dicenda: quæ ipsius ignorantiam apperuissēt: tamē uolumus ea omnia recitare: ne uideamur potius propter odiū: q̄ propter rei ueritatē: in ipsum inuehi: simulq; dicemus nos uoluisse hunc amicū nostrum tanq̄ rerum istarū iudicē constituere: ut ipse intelligat: qua causa fuerimus ad scribendū incitati: cui etiā offeremus omnē operā nostram in omnibus eius amici uotis q̄libentissime paratā & penitus accōmodatā. Propositio.

¶ Expurget se batillus ab ignorātia: cuius fuerat accusatus a gelio.

Exemplum. pars. i.

¶ Accusatus a gelio sæpenumero ignorantiæ doctor excellentissime: nō solū super quibusdam humanis locis: in quibus iam p m̄ltos dies inuicē disceptauimus: sed fere sup omnibus quæ doctum uirū intelligere decet: licet ingratis in hanc (ut ita dixerim) sanguinariam palestram descendam: non possū tamen differre: quin respondeam: ne secundum publii minimo graphi sententiam: ueteres ferendo iniurias: nouas inuitem: & profecto nihil mihi gratius est q̄ coram excellentia tua huiuscemodi controuersiam agitari: quæ & totius humanitatis & utriusq; uirtutis laureā cōsecuta ē. Accusat me simplicissimus iste nebulo quod uerbū impsonale dixerim numeris & personis deficere: tanquam rē falsā: & ab omni penitus ueritate semotā: nititurq;

hoc prisciani auctoritate probare: dicētis ideo psonas & numeros impersonali accidere: quia accidētia generalia debent esse omnibus suis speciebus. Cui licet respōdere non deberē: tāquā ignaro: & rudissimo uiro tamē uolo ipsum liberalitatis meæ participē fieri: eiq; declarare: quod hactenus percipere non potuit. Accidentia duobus modis accipiūtur: scilicet pprie & cōiter: si propria dicimus esse accidentia uerbi: tunc uerū est ꝙ omnibus suis speciebus conuenire debēt: & hoc modo uerbū impsonale numeros & personas habebit Si uero cōmunia tunc uerbū impersonale: ut a psonali distinguatur: numeris (ut ego existimo) & personis carebit. .ii. ❡Hoc uolui ipsi condonasse munus. Sed in reliquis cum tali uiro silentiū potius q̄ orationē mihi statuo laudabiliorē. nō enī mihi esset honori cū tali uiro diutius cōtendere: qui etiā prima grāmaticæ rudimenta ignorat: quiq; nihil unq̄ de se boni præstitit: nisi plagiario quodam furta multa etiā enormiter elaborata: quæ oīa si narrare uellem: uiderer potius ex maliuolentia q̄ rei ueritate: in ipsum inuehi. .iii. ❡Dimittā igitur quod dicendū erat: in aliud tempus aperiendū: si me lædere perseuerabit: tua tamen præstātia bene cognita utriusq; sentētia sapientissimū: ut eius moris est iudicium feret: cui me in omnibus uotis suis offero paratissimum. Vale.

❡Domesticū genus. Caput. XV.

Omesticū genus est illud quod fit cōiter: quando de rebus nostris domesticis ac familiaribus aliquem amicū admonere intēdimus: & huius generis species sunt duæ.

Vna scilicet de pprio statu, altera uero de negotiis.

Domestica

De proprio statu De negotiis.

¶ Domestica epistola de proprio statu ẽ illa: quæ ad aliquã personã scribitur: quã de salute aut ægritudine nostra uľ aliena admonere uolumus: cuius epistolæ talis est regula.

Regula.

¶ Si domesticã epistolã de proprio statu ad aliquam personã scribere uoluerimus: quam admonere intẽdimus de nostra uel aliena salute aut ægritudine Illam in tres partes diuidere debemus. In quarum prima secundũ consuetudinẽ Ciceronis: solemus istã uel ei similẽ clausulã apponere. Si uales: bene ẽst: ego quidẽ ualeo. In secunda uero recitamus dilucide ac breuiter: uel salutem nostrã: uel salutis reparationẽ: si ægroti fuerimus: uel forte etiam ægritudinem alicuius amici uel cognati nostri: & quo pacto se in principio ægritudinis habuerit: & tandẽ quibus mediis sit liberatus: semp in omnibus his deo gratias agẽtes: qui sic fieri uoluerit. Vel etiam si casus acciderit: scribemus de cõditione nostra uel in paratis opibus uel in dignitate quesita: ita ut uideamur: de his rebus amicum admonere: qui uel lætari uel dolere debeat de utraq; fortuna nostra. In tertia autem & ultima solemus apponere huiuscemodi clausulas. Vale. & me ames: ut solitus es: uel & me non diligas: sed ames: quia ita me dii ament: ego nõ solũ te diligo: sed obseruo. Possumus etiam si uolumus ante tales clausulas addere operenostræ in omnibus oblationem: queãdmodũ in omniũ ferme epistolarũ fine seruatur.

Propositio.

¶ Admoneat Curius Scipionē: de salute sua: quam post graue ægritudinē reparauit. Exēplum ps. i.

¶ Si uales: bene est: ego equidē bonitate dei optimi i hūc usq̧ diē satis ualeo: & cōualescere icipio. ii. ¶ Miratus es fortasse Scipio: q̄d cum semper antea creberrimas ad te litteras dare solitus essem: nullas tamen iam multis diebus dederim: & forte negligentiā in me ueritus: me negligentiæ criminis insimulasti. quod ut tibi huiusce rei causam aperiam non neglīgētia factum esse scias: sed ægritudine potius & morbo impediente: qui cum me diebus exactis exasperate cuiusdam febris paroxismo occupasset: in tantam debilitatē corporis deduxit: ut uix mihi spiritus ipse superesset ad uitā. unde desperatis rebus cum iam animā deo: miserrimaq̧ corporis membra medicis cōmēdassem: expectabā pauperrimus homo ultimam horam: qua mihi ex hoc mundo migrandum esset. Sed uolente deo cuius benignitate cuncta reguntur: nō sine tamē magna difficultate: & numerosa pecunia sum in pristinam salutem restitutus: debileq̧ quondā corpus respirare coepit: sperōq̧ indies melius cōualescere. Hac igitur ægritudine impediēte: non potui officio in te meo satisfacere: q̄d tamen nunc restituta salute exequi uolui. Te igitur nūc admoneo me satis saluum esse atq̧ incolumen: indiesq̧ melius habiturum: necnō percupidum esse de statu tuo omniūq̧ tuorum aliquid percipiendi: quos ōes fauste foeliciterq̧ ualere semper exopto: quibus etiam me offero in omnibus paratum. Vale. & me ut facis ama: ualitudinemq̧ tuam cura diligenter.

¶ Domestica de negotiis.

¶ Domestica epistola de negotiis est illa quæ ad aliquam personam scribitur: quam familiariter de negotiis nostris admonere uolumus. cuius epistolæ talis ē regula. Regula.

¶ Si domesticam epistolam de negotiis ad aliquam personam scribere uoluerimus quam admonere cupimus de successiōe alicuius familiaris negotii: quod ad nos uel ad ipsam pertineat: illam similiter ī partes tres diuidemus. In quarum prima clausulam aliquam superiori similē ponemus: quia istæ clausulæ maxime sunt communes ad huiuscemodi epistolas incipiendas. In secunda uero subito ad negociorum nostrorum narrationem accedemus: ea breuiter dilucide & aperte narrātes: nihil tamen prætermittētes quod ad ipsam rem facere uideatur: In tertia autem cōclusionem nostram faciemus: dicentes. ꝙ uoluerimus ipsum amicum de tali negotio admonere: quia scimus utranqꝫ fortunam nostram illi esse cōmunem propter amorem & beniuolētiam qua in nos afficitur: simulqꝫ adiungemus cōmunes clausulas finales: offerendo scilicet operam nostrā ipsi amico paratam: & addendo similes clausulas prioribus: qualis est ista. Vale. & me toto corde perames, ego enim (ne mentiar) te mihi charissimum habeo.

Propositio.

¶ Admoneat Lucilium Valerius de familiaris negotii sui expeditione. Exemplum. pars. i.

¶ Si uales: bene ē: ego quidē ualeo: & te quoqꝫ ualere cupio. ii ¶ Scio me tibi hodie lucilli charissime: tāto iucundiorem nuncium esse laturum: quanto maior est amor & beniuolentia in me tua: q̄ utrāqꝫ sp̄ existimauit

fortunam nobis esse communem. Exagitata tandem: & per aduersarios meos uariis calumniis in lógum deducta causa mea: quæ diebus exactis me sæpissime male habebat: ac animum meum diuerse trahens: non minus timoris q̃ solicitudinis afferebat: demum calēdis martiis: summo cum omnium applausu ciuiū: ab æquissimis iudicibus: ex sententia nostra fuit expedita: aduersariiq́ nostri etiam maximo clamore conuitioq́ iactati ac penitus repulsi. Qua in re tam diis immortalibus q̃ etiam amicorum humanitati: qui mihi benignissimas tulere suppetias: perpetuam scio me gratiam debiturū.iii. ¶ Ab omnibus igitur quas quottidie molestias patiebar: liberatus: tranquillum quietumq́ animum meū deinceps ad ea penitus studia nostra reducam: quibus secundæ res ornantur: aduersæ adiuuant referamq́ me ad eum cōsuetudinis nostræ iucundissimū fructum capiendum: quo antea utriq́ nostrū perfrui licebat: ut mihi uoluptatem & gaudium: tibi uero non minus solatii adiungam: cui etiam omnē operam meā offero: in omnibus optatis tuis q̃libentissime paratam. Vale. & ualitudinem tuā cura diligenter: ac me mutuo: ut facis: diligas.

¶ Commune genus. Caput. XVI.

Commune genus est illud quod fit: quotiensciīq́ ad amicū scribere uolumus: ut eū per litteras nostras uisitemus: etiam si nihil accidat: quod scribendi materiam præstet: & hoc genus similiter in duas species diuisum est. quarum una est de proprio statu. altera uero de negotiis.

De proprio statu. De negotiis.

¶ Communis epistola de proprio statu est illa: quæ ad aliquam personam scribitur: quam licet nullum nobis argumentum scribendi datum sit: tamen p litteras uisitare uolumus: & pro ipsarũ argumento: de nostra tantum salute: illam admonemus: cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si cõmunem epistolam de proprio statu ad aliquã personam scribere uoluerimus: quam per litteras nr̃as uisitare intendimus: & tamen nullum est nobis scribẽdi argumentum relictum: illam in tres potissimũ partes diuidemus. In quarum prima a persona nostra beniuolentiã captabimus: dicentes: ꝙ licet nulla accidat nobis materia: propter quam simus incitati ad scribẽdum ad ipsum amicũ: tamen propter beniuolentiã & amorem: quo in ipsum afficimur: non possumus desistere a scribendo: tum ut ipse ex litteris nostris aliquã uoluptatẽ capiat: tum ut ex eius respõsione: nos similiter iucunditatẽ percipiamus: cũ præcipue nulla sit res quæ magis absentes amicos presentes faciat q̃ ep̃la. In secunda uero declarabimus ei salutem nostram: similiter de eius salute aliquid scire cupiẽtes quam deũ rogabimus ꝑpetuam esse & foelicẽ seruari. In tertia autem rogabimus ipsum amicũ: ad quẽ scribimus: ut uelit sæpissime nos litteris suis uisitare. ex q̃bus intelligamus de eius statu & salute: & ex tali intelligentia iucunditatem capiamus. Cui etiam ut in aliis epistolis fieri consuetum est offeremus omnẽ operã nostram: in oĩbus suis optatis q̃libentissime accõmodatã. Propositio.

¶ Scribat ad Ciceronē Curio: illū de salute sua: ac oīum suorū certiorē faciens. Exemplū. pars. i.

¶ Licet nullū mihi scribendi argumentum datum sit: suauissime cicero: quo potissimū diebus istis uti possim: ut ad te aliquid scribam: quia neq; in publicis: neq; in priuatis negotiis nostris nihil sane noui in hunc usq; diem euenit. Est tamen tantus amor & beniuolētia: qua in te afficior: ut nullum unq̄ possim uel minimum nuncium præterire: quem ad te peruenturū putem: cui litteras meas ad te non tradam: ut iis perlectis: talem inde iucunditatem capias: qualem ego quoq; percipio: quū tuas litteras uideo. ii. ¶ Cum igitur noster phania sit ꝓpediē hác in ciuitatem profecturus: ut quibusdam negotiis suis finē iponat: statui has ei ad te litteras dare: ex quibus intelliges: me dei bonitate & clemētia: cū oibus meis saluum esse atq; incolumē: quod etiam de te: tuisq; omnibus scire desidero. nam profecto nihil mihi charius accidere pōt: nihil gratius: nihil ue iucūdius: q̄ de te & tuo foelici statu: ac secunda fortuna intelligere. is eni amor hoc me facere cogit: quo ab ineūte ætate uterq; nostrū deuinctus ē. iii. ¶ Quē ut diutius integrū & perpetuum seruare possimus: te rogo: ut etiá me aliquádo tuis litteris iuisere uelis: ut resarcita hac consuetudine nostra per litteras: quæ interuallo locorum ac temporum: uidetur aliquátulum labefactari: possimus simul beatá uitá ducere. Quod ut sæpius facias: te rogo atq; oro: cui etiam: ut semper feci: omnem operam meam offero: in omnibus optatis tuis q̄libentissime paratam. Vale.

¶ Communis de negotiis.

¶ Cōmunis epistola de negotiis: quæ etiam uulgaris appellatur est illa: quæ ad aliquā personā scribitur: ad quā similiter: cum nullū scribendi argumentū reliquū sit: litteras tamen pro confirmatione amicitiæ nostræ scribere uolumus: & de aliqua re occurrēte: quæ tamē ad nos non pertineat: uel pauci sit momenti: ipsam certiorē reddere cupimus: cuius ep̄læ tal'ē regula. Regl'a.

¶ Si cōmunem epistolam de negotiis ad aliquam personam scribere uoluerimus: quam licet nullum sit nobis datum scribendi argumentū: tamen pro confirmatione amicitiæ nostræ: uolumus de aliqua re occurrente certiorem facere: aut de nouitate: uel negotio aliquo quod tamen ad nos non pertineat: illā in partes tres similiter diuidemus. In quarum prima: qua causa potissimū ad scribēdum incitati simus: per exordiū quodpiam declarabimus: ostendētes: q̄ licet nulla nobis occurrat materia: quæ necessario nos ad scribendum impellat ut tamē absentē amicū per litteras uisitemus: ad amicitiā confirmādā: quæ aliquantulū propter diuturnā absentiam uidetur labefactari: uolumus ad ip̄m amicū l'ras nostras dare: quibus perlectis: talē iucūditatē ipse recipiat: qualē nos ex suis litteris recipere solemus. In secūda uero amicū n̄rm accōmodatis uerbis salutabimus: & si qd forte diebus ipsis noui acciderit: illud breuiter dilucideq̧ ei narrabimus: ut uideamur etiā nobis curæ esse: amicum ipsum reddere certiorem de aliis rebus: quæ nouiter in ipsa ciuitate uel regione acciderint: quia ut plurimum omēs sumus facile inclinati ad noua intelligenda. In tertia autem nos omniaq̧ nostra amico offeremus: queādmodū in aliis ep̄lis fie

ri cõsueuit: noscp illi cõmẽdabimus, rogãtes qꝫ cæteris quoqꝫ amicis nostris nostro nõie salutes uelit impartiri. Propositio.

¶ Scribat ad sempronium lucilius: de rebus occurrentibus illũ certiorẽ faciẽs. Exemplum. pars. i.

¶ Licet ad te antea nullas dederim lr̃as: semproni charissime: id nõ causæ fuit: qđ tui obliuionẽ coeperi: sed ea potius: quæ alios similiter a scribẽdo retinere solet: quia. s. nullũ mihi scribendi argumentũ dabat: quo te lr̃is meis reuisere incitarer. Nũc aũt dante se scribendi opportunitate: has breues statui ad te mittere, qbus p̃mũ nos oẽs saluos supstitesqꝫ in hũc usqꝫ diẽ tibi esse significo: ea potissimũ dei bonitate cõcedẽte: quæ cuncta mortaliũ negotia disponit & moderatur: cuius etiam maiestatẽ exoro: ut de te quoqꝫ ac oĩbus tuis idẽ sẽtire possim: quos oẽs semp diuqꝫ faustos cupio foelicesqꝫ futuros. ii. ¶ Harũ autem argumẽtũ potissimũ quo nũc p̃cipue ad scribendũ incitatus sũ: huiusmodi eẽ scias. Cũ. n. iasonis: uiri p̃cipui ac singularis & non immerito iure cõsultorũ principis: fama cõpulsus: ex patria mea in urbẽ patauinã me cõtulerim: ut eo legente: ad cæsareũ ius aditũ ĩpetrare possem iisqꝫ maxime codicibus idigeã: qui (ut fama refert) isthic uenetiis apđ publicos impressores abundanter reperiunt: te pro uiribus meis exoratũ uelim: ut iuris ciuilis textus: cũ bartoli diuinis cõmẽtariis: meo nõie emere cures: ad meqꝫ fideli uelis nuncio transmittere: scribasqꝫ: quid potissimum pecuniæ exposueris: nam per eundem si uolueris nuncium: eam tibi remittendã curabo: habeboqꝫ tibi gratias immortales: qui sic necessitati meæ ope

ram tuã benigne præstiteris .iii. ¶Bene uale amicorũ optime: & me non diligas: sed ames: atq; antonio cornelio nostro meo noie plures salutes dicito: cæterosq; amicos ois nostris uerbis plurimũ salutato: quibus oĩbus: & tibi in primis: omnia mea bona: meq; in ꝑmis ipsum: & cõmendo: & trado: atq; dedo. Iterũ. Vale.

¶Iocosum genus. Caput. XVII.

IOcosum genus est illud: quod fit: quotiẽscunq; iocose & familiariter ad amicos: animi causa excitãdi scribere uolumus: & huius generis spẽs sunt duæ. una. s. de se. altera uero de alio: uel de tertia uel secũda persona.

Iocosa.

De se De alio.

Iocosa de se.

¶Iocosa epl'a de se est illa: quæ ad aliquã personã scribitur: cum qua familiariter iocari uolumus: sup aliqua re: quæ in persona nostra acciderit: cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶Si iocosam epl'am de se ad aliquã personã scribere uoluerimus: cum qua familiariter iocari cupimus in ꝑsona nostra: illã potissimũ in tres ptes diuidemus. In quarũ prima: aut uere: aut uerisimiliter declarabimus aliquã rem ridiculã uel iocosam: quæ nobis acciderit: & penitus ad earũ rerũ propositũ faciat de quibus postea dicturi sumus: ita ut amicũ ipm ad risũ incitemus quia nulla est epistola familiarior ista: quæ sæpenumero etiam in rebus grauibus & arduis aliis epistolis admisceri solet: ut dicemus in epl'a mixta. Sed in secũda parte epistolæ oportebit nos a talibus iocis subito re=

dire ad rem feriam: ne nimiũ iocãdo histriones esse ui-
deamur. In tertia aũt secundũ consuetudinẽ aliarũ epi
stolarum offeremus amico nostro omnem operã no-
stram: in omnibus suis optatis libẽtissime accõmoda-
tã. Sed scire debemus: quod istud genus epistolæ po-
tius est mixtum: q̃ simplex: quia semper inter alias epi-
stolarũ clausulas solemus huiuscemodi potius iocos
miscere: q̃ simpliciter totam epistolam iocosam scribe-
re. Propositio.

❡ Iocetur fabius cũ antonio: qui uerebatur: ipsum in
exercitu contra hostes potius timidum: q̃ fortem futu
rum. Exemplum. pars.i.

❡ Nõ miror antoni: si in hoc acerrimo bello: quod cõ
tra parthos suscepimus: me potius timidum: q̃ magna
nimum futurum uereris: quia soleo ego nunq̃ matuti-
num bellum ĩchoare: nisi prius optima facta ientatio
ne bene dormiuerim: ut fiant uires tanto robustiores:
hac adiuuante quiete: quanto prius propter laborẽ fu
erant imbecilliores effectæ: & tamen adhuc euigilans
uix stare possum quod tibi forte talẽ timẽdi cãm præ-
bet. Sed ne amplius hãc imbecillitatẽ meam uerearis:
addam intentioni meæ bonũ maruisiũ: optimasq̧ ca-
sei crustas: quas gerardus ueronensis medicus noster
deuorare solebat: cũ longũ pedibus iter aggredereť: ut
cõsolidatis pedũ basibus nihil tibi de me sit reliquũ ti
moris. ii. ❡ Sed cupio tecũ corã iocari. Illud ueli intel-
ligis: expeditionẽ mihi istã tante curæ esse: ut per deũ
ĩmortalẽ: etiã ciborũ quãdoq̧ oblitus sim: ut reipubli
cæ utilitatẽ curare possim: quã tamen diebus istis tãto
sudore cõsecutus sum: ut in aciem milites sæpius edu-

cens:nō obſcure demonſtrauerim:quid patriæ pietati debeatur:& quid de me deinceps ſperandū ſit:quod ego nūc ad te nō ſcribo:quia paucis poſt diebus:ad ſe natum ſuper hac re litteras publice mittam.iii.¶Tu in terim beneualeto:& deum exora: ut res ad uota ſuccedant:quia nunquā reipublicæ operam meam negabo etiam ſi mihi millies moriendum eſſet.Iterum bene ua le:& me ſcito:ſicut antea ſemp in oibus uotis & iuſſis tuis eſſe q̄ paratiſſimum.

¶Iocoſa de alio.

¶Iocoſa epl'a de alio eſt illa:quæ ad aliquam pſonam ſcribitur:cū qua ſilr domeſtice iocari uolumus: ſuper aliqua re:quæ in perſona aliena acciderit:cuius epiſto læ talis eſt regula. Regula.

¶Si iocoſam epiſtolā de alio ſcribere uoluerimus ad aliquem amicum:cum quo iocari intendimus ſuper a liqua re:que non in perſona noſtra ſed aliena contige rit: illam ſimiliter in tres partes diuidemus. In qua rum prima uero uel ficto ſed uériſimili tamē ioco: aut in eam perſonam inuehemur:ad quam ſcribimus: aut in aliquam aliam:de qua ſcribere intēdimus.dummo do talis iocus ſit ad eas res accommodatus:de quibus poſtea in ipſa epiſtola mentionem facere intendimus In ſecunda uero ſubito ſimiliter ad rem ipſam ſeriam conuertemur: ne nimium fabuloſi eſſe uideamur: nar bimuſq̧ ea: que a nobis ſcribēda erant ipſa cū ſupiori bus adaptādo:ne uideamur diuertere ab eo q̄d ſupius dixerimus.In tertia aūt utemur cōmunibus clauſulis quæ ſolent in domeſticis epiſtolis ad amicos ſcribi:q̄ hæc epiſtola iocoſa etiam cum domeſticis aliqñ nume

rari solet: quāuis ut diximus: potius habeat naturā mixtam q̄ simplicem. Propositio.

¶ Iocetur quintilius cum ualerio: qui raras ad eū lr̄as dare solitus est. Exemplum. pars. i.

¶ Cōsideranti mihi diebus istis ualeri charissime: q̄ negligens in scribendo fores: cū nullas adhuc post discessum tuū mihi lr̄as dederis: facile illa incidebat suspitio in quā etiā bilbilitanus sæpius uates incidere solebat: quum clientulū nihil patrono porrigentē: chyragra laborare suspicabatur: Ego quidē te semp antea adeo in scribendo diligentē cognoscebam: ut quem tecū cōferre possem: haberē profecto neminē. nūc aūt cū nullas amplius ad me litteras te dare uideā: & ad eū præcipue qui maxime ipsarū percupidus est: nō possum non suspicari: te in chyragræ fortasse morbū incidisse: q manus tuas: quōdā ad scribendū prōptissimas: tardiores efficiat: Quod si uerum est (ut opinor) aut æsculapiū consulas: qui te ab infesta huiuscemodi ægritudine liberet: calamumq; tibi nunc grauem: facilem deinceps reddat: uel si omnino icurabilis est hæc ægritudo: qd̄ manibus facere non potes: id saltē pedum officio perficias. ii. ¶ Sed cupio tecum corā iocari. Illud mihi q̄ gratissimū feceris: si post ista negocia tua: quæ animū tuū diuerse trahūt: sæpius ad me lr̄as miseris: qbus & de tua imprimis salute: & de his quæ isthic agūtur: certior fieri possim. Nosti. n. aīum: mentē: studiūq; meū in his præcipue pnoscendis: quæ ad rēpublicā attinēt quod si me crebro certiorē reddes: nihil est: quod a te magis hoc tēpore impetrare contendā. Ego quoq; in huiuscemodi scribēdi genere te saturare spero: pr̄sertim

si studiū meū nō aspernaberis.iii. ¶ Vale igit: & si qd est: qd mea tibi opa ꝓdesse possit: utere: cū uolueris: ecce me tibi ad oia optata tua libētissime paratum.

¶ Cōmissiuū genus Caput.xviii.

Commissiuū genus est illud: qd fit quotienscūqȝ ad aliquā psonā scribere uolumus cui sup negotiis nostris expediēdis: mādatū aliquod dare intēdimus: & huius generis similiter spēs sūt duæ. Vna scilicet generalis. & altera particularis.

Cōmissiua

Generalis Particularis.

¶ Cōmissiua epistola generalis est illa: quæ ad aliquā personā scribit: cui generaliter sup oibus negotiis nr̄is in aliqua regione: uel ciuitate expediēdis: generale mādatū dare uolumus: cuius eplæ talis ē regula. Regl'a

¶ Si cōmissiuā epistolā generalē ad aliquā personam scribere uoluerimus: cui sup omibus negotiis nr̄is: tā particularibus q̄ generalibus: in aliqua regione: siue ciuitate tractādis: uolumus generale mandatum: uel cōmissionē dare: illā in partes quattuor principaliter diuidemus. In quarū prima: prius tanq̄ ꝑ exordiū: beniuolentiā captabimus ab ea persona ad quā scribimus: ostēdentes q̄tam fiduciā habeamus in ipsa: ꝓpter fidē & integritatē suā: qd bene tractabit ipa negocia nr̄a q̄ ei uolumus cōmittere: deinde ponemus spem: quā habeamus in ipo amico: qd ꝓpter amorē & beniuolentiam: qua in nos afficit: bene & diligēter omīa tractabit In secunda uero negocia nr̄a narrabimus: cuiusmodi sint: & cū quo: & ubi peragēda: ut sciat ipe amicus no

ster:qd potissimū nr̄a cā exeq debeat. In tertia aūt ponemus auctoritatē quā tali amico tradere uolumus: super ipsis negotiis ptractādis cū oībus clausul': quæ uideāt eē necessariæ ad forēses cās pagēdas. In q̄rta uero & ultima ponemus gratificationē nr̄am: dicētes. nos uelle ea firma tenere: quæ p ip̄m amicū nr̄m fuerint in talibus negotiis nr̄is expedita: adiūgētes aliquā poenā uel obligationē bonorū nr̄orū: put nobis magis uidebit & ipsis rebus & amico couenire. Addentes deinde diē & annū: quo tales lr̄æ scriptæ fuerint cū titulo aut signo consueto. Propositio.

¶ Cōmittat Scipioni Cicero uices suas in oibus negotiis suis rome pagendis. Exemplū. pars. i.

¶ Nihil est tā arduū: tāq difficile Scipio charissime: q̄d ego tui cā nō libēter subire: q sic amor & beniuolētia nr̄a postulat & reqrit. Vñ efficit ut de te quoq nō minorē fiduciā habeā: q in oibus negotiis meis pagēdis: in qbus mihi possis operā tuā p̄stare: illā fidelissimā exactissimāq a te expectē. Quapropter cum ml'ta mihi sint hac in ciuitate negotia pagēda: quæ ego nūc potissimū expedire nō possū: cū regēdæ huius puinciæ pōdere sim ipeditus: statui ea tibi cōmittere: ut q p̄ns oia facilius agere potes: ea cōmodius expedias: in quorū oium pactiōe: ut nemine obstāte: uicē & auctoritatē meā subeas: p p̄ntes lr̄as te meū pcuratorē ac nūciū specialē cōstituo. ii. ¶ Et spāliter sup ea cā: quæ mihi ē cū Marco antonio in controuersia: quā etiā credo tibi notissimā esse. iii. ¶ Generaliter uero ad oia mea negotia: tā isthic romæ: q̄ etiam alibi meo noīe tractāda: ad uocādū quecūq opus erit in iudiciū: & sup ipsis

negotiis libellos pducēdos: testes & instrumēta: & si ab aduersario uocatus fueris: ad respōdēdum: & meo noie obiiciēdū: ad lites cōtestādas: & earū snias audiē das: ad appellandū: & appellatiōes psequēdas: & generaliter ad oia pagenda: quæ merita cārū exigūt & requirūt. Sup qbus rebus do tibi oēm auctoritatē & potestatē: ut eas agere & tractare possis: ac si egoipse psonaliter adessem. iiii. ¶ Promittens me oia & singula: quæ p te in his negotiis meis gesta fuerint: grata & rata habiturū: sub obligatiōe oium bonorū meorū. Tibi igit oēm cām cōmēdo: meqꝫ ipsum tibi trado & dedo cui uolo oēm operam meam qlibentissime esse paratā Vale. Ex gymnasio atheniēsi. Calēdis ianuariis. olympiadis ducentesimæ anno tertio. Ego marcus Tullius cicero propria manu scripsi.

¶ Cōmissiua pticularis.

¶ Cōmissiua epla particularis ē illa: quæ ad aliquā psonā scribit: cui particulariter sup aliquo tātū negotio nostro peragendo uices nostras credere uolumus: cuius epstiolæ talis est regula. Regula.

¶ Si cōmissiuā eplam particularem ad aliquam personam scribere uoluerimus cui particulariter tātum uolumus aliquod simplex negocium cōmēdare: illam simi liter in partes quattuor diuidemus. In quarum prima ut fecimus in superiore: beniuolētiam captabimus ab ea persona: ad quam scribimus: demonstrantes nos hr̄e maximā spem & fiduciā in ipsa: qꝫ ppter amorē & beniuolētiā: qua in nos afficit: ipse bn̄ & diligēter oia ptractabit. In secūda uero exponemus ipm negocium peragēdū si unū fuerit: uel plura: si plura fuerint, serua-

to suo ordine: & sup quocūq negotio declarabimus eas pticulares clausulas: quæ uidebūt eē ad eius expeditionē necessariæ: ul potius referemus huiuscemodi declarationē ad singularū cārum pcessus: quos ad ipm amicū dicemus mittere: uel breui esse missuros: sup quibus poterit de rebus ipsis certissime informari. In tertia aūt apponemus eā auctoritatē: sup ipsis negotiis p agendis: quā ei uolumus cōcedere: silr addēdo omnes clausulas: quæ ad eās forēses ptinere dicūt. In qrta uero pmittemus nos eē oia approbaturos: quæ ipse amicus sup iis negotiis tractauerit: apponendo silr bonorū nostrorū obligationē: cū tpe: loco: & titulo: ad tales lras corroborandas necessariis. Propositio.

¶ Cōmittat Appius Ciceroni uices suas sup sacerdotio suo in Cilicia expediēdo. Exemplū. pars. i.

¶ Fides & integritas tua Marce Tulli: qua semp i amicorū negotiis usus es: & quā ego quoq in rebus meis a te pfectā cognoui: nō paruā mihi impræsētiarū fiduciā affert: ut præter amorē & beniuolentiā: qua a tenellis annis inter se uterq nostrum deuinctus est: ex tua humanitate & pbitate: si tibi negotia mea cōmendauero: illa ac si tua essent: diligētissime expedies. ii. ¶ Vt igitur intelligas: quid mihi nūc potissimū opa tua afferre possit. Scias me hac in prouincia tua: dum ei præessem: sacerdotiū publicum gessisse: qđ omnibus magistratibus: qui a rhomano senatu pro cōsulari dignitate isthuc pficiscunt aduenire solet: & quia cōsuetos redditus ex tali sacerdotio adhuc pcipere nō potui: statui hoc tibi negociū demandare: qui in puincia pñs es & oia facilius expedire potes. iii. ¶ Quapropter super

iis pecuniis: quæ mihi ex hoc sacerdocio debent: accuratissime exigẽdis: p pſentes litteras te meũ pcuratorẽ ac nunciũ specialẽ cõstituo: ad eas penitus exigẽdas & si fortasse ex publicis quæstoribus resistentẽ quẽpiã inuenires: do tibi plenã auctoritatẽ: ac si ipẽ pſonaliter adessem: ad eũ in iudiciũ uocandũ: & contra talẽ aduersariũ libellos pducendũ: litẽ cõtestandã: sentẽtias audiẽdas: & si opus fuerit ab eis appellandũ: appellatõesq pseq̃uẽdas: ac oĩa faciẽda: quæ forenses huiuscemodi causæ exigũt & requirũt. Promittẽs me oĩa cõprobaturũ: quæ sup hoc negocio p te fuerint expedita: sub obligatione omniũ bonorũ meorũ: tibiq omnẽ rem ipsam: atq causã plurimũ cõmẽdo: cui etiã uolo oẽm operã meã tibi esse paratã. Vale. Ex urbe. Idibus quitilibus: ducẽtesimæ olimpiadis anno secũdo. Ego Appius pulcher ppria manu scripsi.

Regiũ genus. Caput. XIX

Regiũ genus ẽ illud: qd fit quotiẽscũq scribit princeps epl'am aliquã: uel publicã: uel priuatã: & huius qdẽ generis spẽs sunt qnq. Prima. s. fidei. secũda familiaritatis. tertia edictiua. quarta inhibitoria. quinta uero pmotiua.

Regia.

Fidei. Familiaritatis. Edictiua. ihibitoria. Promotiua

¶ Regia epl'a fidei est illa: quã scribit princeps sæcularis uel spũalis ad aliquã personã: pro fide alicui facienda. Cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si uoluerit priceps epl'am fidei ad aliquã pſonã scribere: cui fidẽ adhiberi cupiat notare debes q talis epl'a põt scribi: aut ad ipsam personã: quæ talẽ fidẽ sibi fieri

petit:aut ad aliquã aliã priuatã: siue publicã:apud quã tali psone fidẽ haberi contendat. Sed utcũq; sit talis e pistola in tres potissimũ ptes diuidet. In quarũ prima apponet princeps nomẽ & titulũ suũ:cũ oibus adie ctiõibus quæ suo uidenť imperio cõuenire. In secũda uero apponet aliqđ exordiũ in quo demõstret uiros probos esse sũma laude afficiẽdos: & oi beneficio pse quẽdos. In tertia aũt: captabit beniuolẽtiã ab ea psona cui fidẽ facere cupit. Laudãdo ipsã ab aliqua uirtute pticulari: & ipsam oibus cõmẽdando ad quorũ manus tales lræ deuenerint:adiungẽdo sibi fore gratissimum si talis psona fuerit cõmendata uel benigno fauore ab aliquo affecta. Propositio.

¶ Fidẽ faciat Venetorũ princeps Georgio alexandri no de ea hũanitate qua pditus est. Exẽplũ pars.i.

¶ Augustinus barbadicus: dei gra dux uenetiarũ & cætera.uniuersis ac singulis:ad quorũ manus hæ nostræ lræ puenerint:salutẽ ac dilectiõis affectũ.ii. ¶ Sicut dignum est & laudabile:ut qui uitiis ac scelenbus uallati sũt:eos principũ nõ tãtũ uindicta castiget: sed maximo etiã dedecore prosequať:ita iustũ & honestũ cẽsemus:ut bonos uiros:uirtutiq; deditos nõ solũ bñficiis & meritis cumulemus:sed etiã benigno fauore: & summo laudũ pconio psequmur.iii. ¶ Quapropter cũ iã per multos annos georgio alexãdrino: uiro sane in utraq; lingua doctissimo: usi simus:cuius eloquẽtiam:grauitatẽ:sapiam:nemo est qui nõ colat non adamet:nõ admireť:ptere a bñficia:quæ in ipm merito cõtulimus:dignũ existimauimus ut eum quoq; non obscuro laudum testimonio subleuemus. Hunc igitur qui

tum oibus sūmopere cōmendamus ad quos se cōtule rit: quia profecto foelix nostro iudicio illa ciuitas existimari poterit ad quā ipse diuertere uoluerit. Si quid ꝑterea in eū bñficii fauoris gratiæ collatum fuerit illud totū existimabimus ī nostrā ꝑsonā fuisse collatū: & ꝓ tali bñficio uolumus ei ꝑpetuas grās habere. In quorū fidē has publicas līas fieri iussimus as nri sigilli appensióe muniri. Ex urbe ueneta, calēdis martiis: anno salutis dñicæ. M.cccc.lxxxvii. ¶Regia familiaritatis

¶Regia epl'a familiaritatis est illa: quæ scribit̄ ab aliquo principe tā sæculari q̄ sp̄ūali: in fidē ꝗ ipse aliquā ꝑsonā in suā familiaritatē susceperit. cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶Si uoluerit ꝑnceps regiā epl'am familiaritatis ad aliquā ꝑsonā scribere: hoc duobus mediis facere poterit uno. s. mō: qñ ipsa epl'a dirigit̄ ad ꝓpriā ꝑsonā: quā uoluerit ꝑnceps in familiaritatē suā suscipere. altero uero quādo epistola dirigitur ad aliquā uniuersitatē uel locum: ad quē talis persona se conferre uoluerit: uł' generaliter ad oēs ad quos tales litteræ peruenerit: ut apud ipsos benigne suscipiatur. Sed quocunq; modo fiat: illam similiter in tres partes diuidemus. In quarū prima secundū consuetū scribendi modum: apponet ꝑnceps nomen & titulos suos: cum salutatione. In secunda uero faciet exordiū: declarādo q̄liter oēs uiri ꝓbi nō solū sint in principū familiaritatē suscipiendi: sed etiā summo fauore & meritis ꝓsequendi: & tunc subiunget ꝗ propter uirtutes & optimas conditiones talis uiri: quē ipse cōmendare intendit: fuerit incitatus ad suscipiendum eum in familiā suam. In tertia autē facta fide

istius familiaritatis cōmēdabit eū apud illā uniuersitatē uel locū: ad quē ipse uoluerit se cōferre: dicēs ei fore gratissimū: quicquid in talē personā priuatim siue publice conferetur. Propositio.

¶ Fidem familiaritatis faciat Cardinalis sancti marci Ioanni ueneto secretario suo: in galliā proficiscenti.

Exemplum. pars. i.

¶ Marcus barbus: diuina fauēte clemētia: sacro sāctæ romanæ ecclīæ titulo scī marci: eps cardinalis: Ludouico xpianissimo gallorū regi salutē. ii. ¶ Nra est consuetudo xpianissime rex: ut si quos iuenerimus iter familiares nros: uirtutis floribus ornatos: & solidissime fidei splēdore decoratos: eos nobis potissimū charissimos habeamus: nec unq̄ illos cessemus meritis & bñficiis subleuare. pter enī illud: qd iustū & honestū existimamus: tales. s. uiros sūma laude afficiēdos: accedit & nō mediocris q̄dā utilitas iter cæteros domesticos nostros: q si uiderint: merita uirtutū suarū pmia bonos uiros fuisse cōsecutos: eo libētius ad uirtutē aspirabūt quo se potiora bñficia acqsituros sperabunt. iii. ¶ Cū igit ioānes uenetus familiaris nr uir qdē igenio & doctrina nemini cedēs hāc in regionē tuā pficiscat: sua q̄dā negocia expediturus. Tuæ primū Serenitati notū facimus ipm esse ex primis familiaribus nris unū quē sūmo amore & beniuolētia psequmur. Cui si nri gra in rebus suis a tua serenitate opitulatū fuisse senserimus. erit qdē adeo nobis gratū: ac si bñficia ipsa in nosmetipsos collata fuisse lætaremur. Tibi igit eū cōmēdamus tanq̄ oium cæterorū nobis gratissimū: charissimūq₃: tuæq₃ serenitati silr offerimus operā nram in oibus tu

is optatis q̄libētissime paratā. Vale. Regia edictiua.

¶ Regia ep̄la edictiua est illa quæ scribiť a p̄ncipe tam seculari q̄ sp̄uali ad aliquā p̄sonā: uel publicā uel p̄uatā pro re aliqua ad publicū bonū p̄tinente significāda: cuius epistolæ talis est regula. Regula.

¶ Si uoluerimus ep̄lam edictiuā regiā ad aliquā p̄sonā scribere: scire debemus. q̄ taľ ep̄la scribi pōt: uel generaľr ad aliquā uniuersitatē uel populū: uel p̄ticulariter ad aliquā p̄sonā publicā: ut faciūt p̄ncipes ad alios p̄ncipes: p̄ edicēda pace: uel bello: foedere: uľ lege: siue p̄ filiibus: & tūc ipsa ep̄la diuiditur in tres p̄tes p̄ncipales. In quarū p̄ma: ponemus nomē p̄ncipis: cū suis titulis oībus: put fecimus in aliis ep̄lis supioribus: cum salutatiōe ad eā p̄sonā: ad quā scribiť ep̄la. In secunda uero ponemus cām p̄pter quā sumus incitati: ad talem ep̄lam scribēdā: ostēdēdo cām illā eē iustā & honestā: & q̄tū poterimus: conabimur: p̄tes nr̄as app̄bare: & p̄ oppositū aduersarii dep̄mere: ut potius uideamur nobiscū iusticiā & æqtatē ōndere: q̄ cū eo ad quem scribimus. In tertia āt narrabimus id q̄d scribere itēdimus: si de bello p̄sonā ipam ad bellū iuitātes: si de pace: silr̄ ad pacē: & sic de foedere: aut lege p̄mulgāda: addendo clausulas illas finales: quæ magis uidebūť ad p̄positū facere: & ipam ep̄lam concludere: quod ex supioribus ep̄lis satis supq̄ colligere possumus: si ad eas aduerterimus. Propositio.

¶ Edicat cæsar pacē pānonio regi p̄ sua in eū liberalitate ac munificētia. Exemplū. pars. i.

¶ Foedericus tertius: diuina fauēte clemētia: romanorū ipator: sp̄ augustus: Austriæ: stiriæ: carithiæ: carnio

lexq dux comesq tirolis & cetera Matthiæ utriusq pānoniæ regi. S.ii. ¶ Licet multæ causæ inuicē cōcurrāt quæ me potius ad bellū tecū gerendū: q̄ ad pacē firmā dam inducāt: quas hic recitare: mihi superuacaneū uidetur: tu eni eas bene optimeq nosti: ut tibi tū tuisq omnibus ostendā: q̄tum potius mea in uos ualeat liberalitas: q̄ uestra in me ingratitudo: deliberaui penitus tecū pacē firmare: ut cū ab armis discesserimus: possint milites nostri: qui ex utraq parte sūmopere consūpti sūt ad desideratā quietē redire: & dissipatas res suas aliq̄tulū instaurare. iii. ¶ Tibi igit̄ præsentiū tenore significo: q̄d ab hoc die in posterū: relicta omni penitus discordia ac simultate: quæ prius inter nos fuerat. uolo te cū firmissimā pacē habere: cū his tamē pactis & cōditionibus: quæ prius fuerāt inter nos unanimi uolūtate cōclusi. Teq hortor: ut hāc a tuis saltē desideratā pacē: uelis & libentissima frōte suscipere: & beneficiorū cōmunicatione ꝑpetuam seruare. nos eni ex parte nr̄a hoc tibi uolumus esse pollicitū & constātissime obseruatū: q̄d nulla unq̄ causa a tua beniuolētia decidemus quoad ipam uolueris nobis illesam tenere. Vale.

¶ Regia inhibitoria.

¶ Regia epistola inhibitoria est illa quæ scribit̄ a principe ad aliquā ꝑsonam: uel publicā uel priuatā: cui inhibere intēdit aliquod opus uel iam incoeptū: uel quod propediē incipiendū suspicetur: cuius ep̄læ talis est regula.

Regula

¶ Si uoluerit princeps inhibitoriā ep̄lam ad aliquam personā uel publicā uel priuatā scribere: cui inhibere uelit aliq̄d faciēdū: uel q̄d iam fieri coeptū sit: illā simili-

ter in ptes tres diuidere debebit. In quarum prima po-
net nomē & titulos suos secūdū cōsuetudinē taliū epi
stolarū. In secūda uero: q̄d erit exordiū eplæ: declara-
bit se intellexisse: q̄ talis p̄sona: ad quā ipse scribit: uel
iā icoeperit uel icipere uelit aliq̄d opus: q̄d ipse p̄nceps
nullo pacto futurū intēdit: & simul in hoc loco decla-
rabit cām uł rōnē aliquā uerā: aut saltē uerisimilē: p̄p̄
quā ipse sit icitatus: ad tale opus inhibēdū. In tertia āt
inhibitionē ipsā ponet uerbis breuibus & dilucidis: q̄
p̄prie ad p̄ncipē attinēt: addēdo regales minas: si a ta-
li opere faciēdo nō destiterit: cū oi tñ modestia & hūa
nitate: ne uideat̄ subito uelle in irā exire q̄d ad prudētē
& sapiētē uirū non attinet. & sic absolute finiet eplām
suā addēdo tñ diē & locum: quo datæ fuerint litteræ.

Propositio.

¶ Inhibeat pōtifex maximus regi ferdinādo ædificati
onē cuiusdā castelli: in finitimis. Exēplū. pars. i.
¶ Innocētius epus: s̄uus s̄uorū dei. Illustrissimo regi
appuliæ ferdinando. S. & aplīcā bñdictionē. ii. ¶ Ex
l̄ris uenerabił fris nr̄i cardinalis sci petri aduincula de
nr̄o mādato: totius agri picoeni: gubernatoris & lega
ti: nup intelleximus: te munitissima q̄dā castella: i finiti-
mis appuliæ terminis: uersus agrū picoenū: q̄ nr̄æ di-
tione subiacet: cōtra pacta & cōuētiōes nr̄as: ædificare
uelle: q̄d se dicit ex multis nūciis isthinc uenētibus in-
tellexisse. Et q̄ ut scit serenitas tua huiuscemōi castella
quæ noua quapiā ædificatiōe erigunt̄: & p̄sertim i illis
locis: ubi maior posset dari occasio nocēdi: sp̄ in ma
lū iducit hoim suspitionē: ideo nō possumus nō satis
admirari te contra nos talia moliri. iii. ¶ Quapropter

rogamus serenitatē tuam:ut penitus a tali ædificatiōe desistat:si nobiscū uoluerit perpetuā pacē habere qd si fortasse neglexeris:coacti erimus oēm iniuriā nrām ꝑ uiribus ꝓpulsare:cū ꝑsertim uim ui repellere liceat Sed bene cōfidimus:te talia esse facturū:quæ regiā ꝑsonā tuā deceāt:cui etiā nos offerimus oēm operā nrām:in oībus optatis libētissime paratā. Datæ apud sanctum petrū:anno ab incarnatiōe dñica octogesimosexto supra millesimū & quadringētesimū. Pontificatus autē nostri:anno primo.

¶Regia promotiua.

¶Regia epl'a ꝓmotiua est illa:quæ scribit̄ a pn̄cipe ad aliquā ꝑsonā quā ad dignitatē quāpiā seu gradum ꝓmouere intēdit:cuius qdē epl'æ tal' ē regula. Regula.

¶Si uoluerit princeps ꝓmotiuā epl'am ad aliquā ꝑsonā scribere.hoc dupliciter facere poterit:uno.s.mō:qn̄ ipsam epl'am dirigit ad aliquā tertiā ꝑsonā. cui mādat ut amicū quēpiā uel familiarē ad aliquā dignitatē promoueat.altero uero mō qn̄ ad ipsam ꝑsonā ꝓpriā scribit quā ꝓmouere intēdit. Sed quocūq; mō fiat: illā in ꝑtes tres diuidet. In q̄rū prima secūdū istarū epl'arum cōsuetudinē:apponet nomē:& titulos suos: cū breui salutatiōe. In secūda uero captabit beniuolentiā ab illa ꝑsona quā ꝓmouere intēdit:ipam.s.laudando ab aliq̄ uirtute particulari:quæ spāliter in ipsa refulgeat:& dicens.ꝙ propter uirtutes suas ipsa mereretur: omnium fauorem acquirere. In tertia autem captabit beniuolentiā a persona propria:dicēs.ꝙ propter istam cām ipse sit incitatus: ad porrigendum ei omnem fauorem & gratiam:& tunc subiunget:ꝙ uacante nunc tali benefi

cio uel dignitate: ipse uoluerit eã tradere ipsi amico: q̃s
uis nõ sit sufficiẽs uel æqual' ad eius uirtutes & cõditĩ
ones remunerãdas: offerẽdo tñ ei post hac oẽm operã
suã: ita q̄ facile itelliget ab eo magni existimari & plu-
rimi fieri. Propositio.

¶ Promoueat dux mediolanensis Frãciscũ ueturium
ad ticinensem põtificatũ. Exemplũ. pars .i.

¶ Ioãnes galeaceus maria: dei grã dux mediolani: pa-
piæ comes: ac genuæ dñs: Frãcisco ueturio: abbati leo
nẽsi Reuerendissimo salutẽ: ac dilectionis affectum.
ii. ¶ Eximiæ uirtutes ac singulares quædã animi tui
cõditiões: quæ nõ obscuro nec uario s̄mõe: sed & cla-
rissima & una oium uoce p̄dicant: adeo diebus istis ad
aures nr̃as gratissime aduolarũt: ut merito animus nr̃
iã indinatus sit: ad eũ tibi fauorẽ in oibus rebus & op
tatis tuis exhibẽdũ: quẽ unicuiq; familiari ac domesti
co nr̃o exhibẽdũ existimamus. us. n. mediis duximus
uiros bonos ad uirtutẽ alliciendos: qui cũ uirtutũ sua
rũ aliqua se uiderint p̄mia cõsecutos: eo facilius ad me
liora semp accẽdant. iii. ¶ Quod ut apertius ista in te
affectio nr̃a patescat: uacãte nũc ticinẽsis pontificatus
sede: te p̄ter oẽs duximus huic põtificio muneri p̄ficiẽ
dũ: ut hoc sit tibi animi nr̃i firmissimũ monumẽtum.
His igit lr̃is nr̃is declaramus te huius ecclesiæ papien-
sis epm̃ benemeritũ: rogamusq; ut hoc munusculũ nõ
strũ grato aio suscipere uelis: quis multo sit tuis meri-
tis inferius. Sed post hac si dabitur facultas: ut merita
possimus uirtutibus tuis præmia cõdonare: senties p
fecto: nos tãti sapiẽtiã & doctrinã tuã existimasse: q̃ti
ab oibus existimãda erat: cui etiã uolumus oẽm operã

noſtrã:in oibus optatis tuis eſſe paratã. Datæ medio-lani:in nr̃o ducali palacio.anno ſalutis .m.cccc.lxxxvii

¶Mixtũ genus. Caput.xx.

Mixtũ genus eſt illud:qđ fit quotienſcunq; ſcđm diuerſorũ negociorũ exigẽtiã: i uno litterarũ uolumine:diuerſorũ generũ epi-ſtolæ cõtinenť:& huius generis ſpẽs ſunt duæ:nã aut ex duobus generibus ẽ mixta epiſtola:aut ex pluribus.

Mixta

Ex duobus | Ex pluribus

¶Mixta epiſtola ex duobus generibus:eſt illa: q̃ duo tantũ genera cõplectitur:uľ etiã duas ſpẽs:de iis: quæ ſuperius expoſitæ ſũt:cuius epiſtolæ talis eſt regula.

Regula

¶Si mixtam epľam ex duobus generibus:uel duabus ſpẽbus:ad aliquẽ amicũ ſcribere uoluerimus:illã prin-cipaliter in ptes duas diuidemus. In q̃rũ prima pone-mus eã ptem epľæ ſcribẽdã: quæ magis nobis uidebiť eſſe neceſſaria. In ſecunda uero ſubiungemus illã:quæ minorẽ in ſe & minuſ neceſſariã cãm habet. Sed tñ no tare debemus: ꝙ in tali epľa mixta ſolemus in pncipio ſemp facere exordiũ hoc mõ.ſ.ſi epľa fuerit principaliſ & primo ſcripta ad amicũ:declaramus ei tanq̃ p exor-diũ ꝙ cũ nobis multa & uaria ad eũ ſcribẽda occurrãt p has lr̃as uolumus eũ de oibus admonere: & tũc pti-culariter ſeruãdo ordinẽ oĩum ſcribẽdorũ:ſingula bre uiter & dilucide exponemus. Si uero ſecundaria fuerit epľa & reſpõſiua: dicemus in pncipio:nos recepiſſe ab amico nr̃o lr̃as:quæ nobis gratiſſimæ fuerũt: & ꝙ ad oia illa pticulariter reſcribemus:quæ uidebũtur reſpõ-

sione digna: & tunc similiter per ordinē ad oīa respondebimus. Si uero aliqd etiā nobis scribendū acciderit illud in fine eplæ scribemus: offerēdo ipsi amico oēm operā nrām: i oibus paratā: ut in aliis eplis fieri cōsuetum est.

Propositio.

¶ Scribat excusatoriā simul & domesticā eplam ad curionē Cicero: ipsum de negotiis suis admonēdo.

Exemplum. pars. i.

¶ Accepi abs te lrās Curio charissime: quæ licet mihi iucūdissimæ fuerint: cū ex illis intellexeri: de tua tuorū ꝗ oium salute. aliqd tñ molestiæ attulerūt: cū te uideā me neglīgētiæ crimine suspectum habere: ꝙ. s. ut optabas: sæpissimas ad te lrās nō dederim: & profecto ꝙꝙ hoc mihi molestū sit: ꝗ me sentio ab oī penitus culpa uacare. est tñ aliquātulū ex altera pte iucūdū: cū hæc ꝑsertim lrarū mearū expostulatio non paruū i me amorem tuum ostēdit. Dabo igitur operam: ut quāuis neminem prætermiserim: quem quidem ad te peruenturum putauerim: cui litteras non dederim: te etiam hoc in scribendi genere expleam: præsertim si uidero officium meum abs te non uilipendi. Sed de litteris hactenus. ii. ¶ Scribis ad me ut de negotio tuo te certiorem reddam: scias nos die noctuꝗ laborare: ut expediatur sed est tanta aduersariorum tuorū iniqtas: ut res semp sic ipsis cogētibus: in longū protrahat: speramus tamē ut demū infracta ipsorū iniquitate: tuā sis dignitatem retēturus. iii. ¶ Quod aūt scribis: ut ad te libros iuris ciuilis trāsmittā: faciā id equidē libētissime: sed ꝗ propter hæc bella intestina: quæ adhuc sedata non sunt:

nullus hinc potest nuncius tuto discedere: expectabis ad paucos dies: quousq; pax: quæ inter partes tractatur: ad cõclusionẽ ueniat: tũc uoto tuo securius & melius satisfaciet. Si quid est aliud: qđ mea tibi opera prodesse possit: tuũ est iubere: meũ autẽ mãdata tua q̃libẽtissime exequi. Vale. ¶Mixta ex pluribus

¶Mixta ep̄la ex pluribus ẽ illa: quæ plura in se genera complectit̃: uel plures diuersas spẽs: cuius epistolæ talis breuiter est regula. Regula.

¶Si uoluerimus mixtã epistolã ex pluribus ad aliquã p̄sonã scribere: illã in tot p̄tes diuidemus quot erũt genera: uł spẽs epistolarũ: ex qbus ip̄a erit composita: & tũc a maiore semp̄ & maioris momẽti incipiemus: per oĩa seruando regulã suã: prout in suo capitulo declaratũ est. deinde ad p̄pinquã descẽdemus: deinde ad minorẽ: donec oĩs rerũ scribendarũ numerus cõpleat̃: sp̄ in oĩbus seruãdo regulã suã: sicut in suo loco fuit superius definitũ: Sed illud addere debemus: qđ sp̄ est faciendũ aliqđ exordiũ in tali ep̄la: p qđ declaremus ea generaliter quæ scribere intẽdimus: uel saltẽ ut p ip̄m demus aliquẽ introitũ ad ip̄sã ep̄lam cõponẽdã. In fine p̄terea ep̄łæ adiũgimus oblatiões cõsuetas: addẽdo etiam: si nobis uidebit̃: expositionẽ alicuius negotii nr̄i: qđ ad ip̄m amicũ scribere intẽdimus: quæ negotia: nisi fuerint alicuius magni momẽti: sũt sp̄ postponenda q̄ amicorũ cãæ sũt prius recitãdæ: & expediẽdæ: q̃ p̄priæ: ut uideamur ipsorũ negotia magis cordi habere q̃ nostra. Propositio.

¶Scribat cõsolatoriã simul: & grauẽ: ac domesticam ep̄lam ad põpiliũ marcus curius. Exẽplũ pars .i.

¶ Intellexi pōpili charissime ex amicorū nostrorū litteris: quæ mihi diebus istis redditæ fuerunt: patrē tuū uirū optimū: ex hac uita decessisse: qd mihi ꝑfecto tanto molestius fuit: quanto mihi tu charior es: cuius ego existimo oēm fortunā mihi esse cōem: hāc ideo calamitatē tanq̄ ꝓpriā existimaui: sed cū ex altera parte cōsiderō: quā bene natus fuerit: q̄ optime educatus: qbus honoribus inter cæteros sui ordinis uiros functus: q̄ facili morbo correptus. & dū tēpus erat: ut naturæ cōcederet: q̄ fcilissime mortuus: certe nihil est qd doleā: imo uere potius decet: ut deo maximo grām habeamus qui ꝑus illū tātis muneribus donauit: deide placidissima morte nō ad tenebras: sed de tenebris ad lucem reuocauit. ii. ¶ Sed his omissis ad ea ueniamus: q̄ ad nos magis attinet. Scias diebus istis senatu nr̄o nunciatū fuisse: sānites maximū cōtra rēp. nr̄am exercitū ꝑparasse ac quottidie in agrū nr̄m incursionē facere. Vñ cēturiatis comitiis cælebratis: decreuerūt patres: ut cōtra hostes arma sumant: eiq; rei pōpeiū nr̄m ꝑposuere: q consilio sapiētia: & auctoritate nemini cedēs facillime possit rē istā cōficere. Tu si me audies ex cumano tuo q̄primū i urbē uenies: ne tumultuario bello ingruēte: aliqd dāni patiaris. iii. ¶ Quod scribis: ut a debitoribus tuis pecunias exigā: ꝑficerē illud ꝑfecto libētissime: sed i hoc tā graui tumultu: neq; forensiū cārum: neq; senatoriæ actiōis amplius locus est: quousq; res ad aliqd melius tendāt Sed hoc unū tibi audeo scribere: qd si te ad nos q̄primū cōtuleris: nō solū poteris priuatis: sed etiā publicis fortasse rebus nō mediocre subsidiū ferre: quod ut facias te hortor: rogo: & moneo. tibi tamē nunq̄ de:

futurā operam meam polliceor. Vale.

¶ Elegantie diffinitio ac regulæ: quæ ad superiores epistolas faciunt. Libellus secundus.

Elegantia est uenusta uerborū concinitas: dulcē auribus afferēs sonū: cuius qdē generales regulæ sūt triginta. Regula. I.

¶ Laudabit illa oratio: quæ obliqua dicitur: & a posterioribus incipiēs dictióibus: in uerbum sepius: q̄ in aliā oratiōis partē finiat: ut Cæsar adeptus est monarchiā īperii sūmis uiribus: quod elegātius dicit: summis uiribus imperii monarchiā cæsar adeptus est. Regula. II.

¶ Cōmendabit quoq; oratio quæ dictionem habeat uniuersalē affirmatiuā uel negatiuā in fine: uel aliquod insigne nomē: uel aduerbiū. Exēplum primi. Oēs laudant eā: quæ uir bonus facit: qd uenustius dicit. Quæ uir bonus facit: laudāt oēs. Exēplū secundi. Ego nemi nē habeo: quē magis diligā te: quod pulchrius dicitur Quē te magis diligam: habeo neminē. Exemplū tertii Egregia sūt ea quæ scribis ad me: qd cōcinius ē. Quæ ad me scribis: sūt egregia. Exēplū q̄rti. Ego oīa diligēter perfeci: quæ iussisti mihi: quod æloquentius dicit Quæ mihi iussisti: perfeci oīa diligēter. Regula. III.

¶ Nomen adiectiuum elegantius substantiuo præponitur: ut uirtus sūma: imperium magnum: consiliū utile. melius enim dicitur: summa uirtus: magnū imperium: utile consilium & huiusmodi. Regula. IIII.

¶ Inter adiectiuū & substātiuū semp aliquid est interponendū: ut maxima uirtus cæsaris sūma laude semp extollenda est: quod elegantius dicit maxima cæsaris

uirtus summa semper laude extollēda est. Regula. V.
¶ Quotienscunq; ab apposito alicuius uerbi secunda rii oratio incipiat: quod subito relatiuum sequatur: elegantius inter relatiuum & antecedens secūdarium uerbum ponitur: ut Aeneū pompeiū: qui romanorū auxit imperium: summopere diligo. Venustius enim dicitur. Aeneum pompeiū sūmopere diligo: qui romanum imperium auxit.

Regula. VI.

¶ Si fuerit relatiuum in obliquo casu positum: uenustius antecedens: in relatiuo casu positū postponetur: ut Virtutes quibus ab ineunte ætate studuisti: imortalitati nomen tuum commendabunt: quod elegātius dicitur. Quibus uirtutibus ab ineūte ætate studuisti: immortalitati nomen tuum cōmendabunt.

Regula. VII.

¶ Quādo est aliquod substantiuū cum præpositione aliqua iunctum: quod sit de natura præcedētis uel subsequentis clausulæ: præpositionē in relatiuū uertimus & uerbum substantiuū adiungimus: ut pro tua humanitate multa in me beneficia contulisti: quod elegātius dicitur. Quæ tua humanitas est: multa in me beneficia contulisti: & sic in cæteris. Regula. VIII.
¶ Sæpius relatiuū: quod uerbo primario additū est ad secundarium transferemus: ut cicero: qui eloquētissimus fuit: cæteris oratoribus in dicendo præstitit: qd elegantius dicemus. Cicero eloquentissimus fuit: qui cæteris oratoribus in dicendo pstitit. Regula. IX.
¶ Si aliquod habuerimus uel nomē uel aduerbium in signe: elegantius illud cum quidem uel idē ꝑ nomine.

postponemus. Exemplum primi. Marcus tullius orator singularis fuit: quod uenustius dicitur. Marcus tullius orator fuit: & quidem singularis. Exemplum secūdi. Quæ mihi iussisti: omnia libenter pfeci: quod eloquentius dicitur. Quæ mihi iussisti omnia perfeci: & quidem libenter. Decima regula.

¶ Sicut in mediocri stilo dicendi: a re nuda prius incipere oportet: deinde illam exornare. Sic in stilo graui: ab exornatu initium sumere debemus. Exemplum primi Pompeius omnium romanorū: tū armis: tum consilio facile princeps fuit. Exemplum secūdi. Omnium romanorum: tū armis tū cōsilio: facile princeps magnus Pompeius fuit.

Vndecima regula.

¶ Genitiuus casus semper cæteris præponitur: ut cōsilium optimi uiri: quod elegātius dicitur. Optimi uiri consilium. Duodecima regula.

¶ Si gerundium uerbum habuerimus cum suo apposito: appositum illud in gerundii casu ponemus: ac ambo inuicem concordabimus: ut ueni gratia amādi uirtutem: quod uenustius dicitur: ueni amandæ uirtutis gratia. Terciadecima regula.

¶ Si fuerit aliquod relatiuum inter duo substantiua: illud potius cum sequenti: q̄ cum præcedenti cōcordamus: ut. Est locus in carcere: quod tullianum appellat̄.

Quartadecima regula.

¶ Si dictionis alicuius significationem augere uolumus positiuo per: aut per q̄: comparatiuo longe: superlatiuo autem q̄ iungere debemus. Exemplmu omniū. perbeatus uel per q̄beatus fuit cæsar: sed longebea

tior augustus: q̃ beatissimus autẽ traianus.

Quintadecima regula.

¶ Nomina græca tertiæ declinationis: si peritto syllabica fuerint ad secundam declinationẽ referuntur: ut delphin delphinis: delphinus delphini: elephas elephãtis: elephantus elephanti.

Sextadecima regula.

¶ Si aliquod adiectiuum habuerimus: significãs laudem uel uituperium: utile uel inutile: illud potius in datiuũ substantiui uertemus cum sum es est. Vt uirtutes sunt mihi iucunditati.

Decimaseptima regula.

¶ In rebus paribus: tum uel & geminatum ponimus in imparibus uero: cum & tum: sed leuius præponit̃. Exemplum primi. Cicero tum laude: tum rerum scientia ualet. Vel æneas & fortis & pius fuit. Exemplũ secundi. Cæsarem plurimũ ualuisse: cũ populus: tum senatus affirmat.

Decimaoctaua regula.

¶ Si aliquam personam aut laudare aut uituperare uoluerimus: id trifariam facere poterimus: aut cum genitiuo: quod magis poeticum est: ut marcus cato uir est magnæ uirtutis: aut cum nominatiuo & ablatiuo. ut Marcus cato uir est magnus uirtute. aut cum ablatiuo solo: ut marcus cato uir est magna uirtute.

Decimanona regula.

¶ Sæpenumero uerbum infinitum uertemus in participiũ tam ablatiui q̃ accusatiui casus: si uerbũ aliquod præcedat. Exemplum primi. Mihi opus est consulere quod melius dicitur: mihi cõsulto opus est. Exemplũ

secundi. Bonam tibi fortunam inuenire curabo: quod uenustius dicitur. Bonam tibi fortunam inuentam curabo.

Regula. XX.

¶ Cum adiectiuum & substantiuũ: in eodem casu posita acciderint: substantiuũ in genitiuo casu ponemus. adiectiuum uero in eo casu: in quo poni debet: sed in numero singulari & genere neutro locamus: ut multa pecunia: parua sapientia: aliquas litteras: quod melius dicitur: multũ pecuniæ: paruum sapientiæ: aliquid litterarum.

Regula. XXI.

¶ Cum duobus substantiuis idem adiectiuum adiici debeat: adiectiuum in principio orationis collocamus & substãtiuo cum & uel tum geminato postponimus. ut Cæsar fuit magnus uir & magnus imperator quod ornatius dicitur. Cæsar fuit magnus & uir & imperator.

Regula. XXII.

¶ Cum adiectiuum & substãtiuũ simul fuerint: quorum substãtiuum ab adiectiuo formatum fuerit diuersæ significationis a primo substantiuo: in duo sunt potius substantiua transferenda: ut cauendum est: ab honestate naturali discedamus: quod melius dicitur. Cauendum est: ab honestate naturaq; discedamus.

Regula. XXIII.

¶ Cum gerundium accusatiuæ uocis habuerimus: potius illud in supinum ablatiuæ uocis transferemus: ut. Hoc est mirabile ad uidendum. quod elegantius dicitur: hoc est mirabile dictu.

Regula. XXIIII.

¶ Si aliquod superlatiuum durius acciderit: ꝑ eo positiuum ponemus: ac ei aduerbium superlatiuum addemus: ut necessariissimus: quod elegãtius dicimus: ma

xime necessarius.

Regula.XXV.

¶Si aliquem maximopere laudare:uel uituperare uoluerimus:laudationis uel uituperationis causam in genitiuo constituemus.ac huiuscemodi nomina:splendorem:fulgorem:gloriam:uel laudem:uitiū:facinus:crimen:aut scelus:addemus.Exemplū primi.M.antonius plurimum æloquentia ualuit.quod melius dicitur.Marcus antonius plurimum æloquētiæ gloria ualuit.Exemplum secundi.Lucius catilina coniuratione damnatus est.quod elegantius dicitur.Lucius catilina coniurationis scelere damnatus est.

Regula.XXVI.

¶Quotiens nomina singularis:uel pluralis & singularis numeri cōnectuntur:uiciniori semper respondendū est.Si uero pluralis numeri fuerint:ad nobilius trāseūdum erit.Exemplū primi.Cæsar resq; publica rhomana merito pompeio infesta fuit.Exemplum secūdi.Exercitus nostri rhomanorumq; turmæ turpiter fugati sunt.

Regula. XXVII.

¶Nonnunq̄ comparatiua pro positiuis ponūtur: ut uehementius:pro uehementer:& sæpius pro sæpe.

Regula.XXVIII.

¶Subiunctiuus modus elegātius pro indicatiuo ponitur:ut uelim pro uolo:fecerim pro feci.

Regula. XXVIIII.

¶Si uerbum subiunctiuum habuerimus: cum q̄d cōiunctione:ea remota:elegantius illud ad infinitum reducemus:ut gaudeo:quod tribunitiam potestatē cōsecutus fueris:q̄d melius dicit̄.Te tribunitiā potestatem

consecutũ fuisse gaudeo. Tricesima regula.

Cum aliquod adiectiuum exornare uoluerimus: p̄feremus illud per suum oppositum: addita negatione. Vt cicero fuit litterarum peritus: q̄d elegantius dicitur Cicero fuit haud nescius litterarum.

Tituli: unicuiq̧ p̄sonarũ ordini tribuendi: secundũ earum conditionẽ. Libellus tertius.

Titulus est epithetum unum uel plura: quæ tã in epistolarum fronte: q̄ in tergo: unicuiq̧ personarum conditioni accõmodari solent: quorum regule sunt decem & octo.

Ad summum pontificẽ: regula prima.

Põtificẽ: maximũ: sũmũ rhomanũ: dñici gregis pastorem: sacrorum antistitem christiani cultus moderatorẽ: christiani nominis uexilliferũ: patrem: diuum: clementissimum: sanctissimũ: tutissimũ: beatissimũ: amplissimum: pientissimũq̧ dicemus. Cui talem in litterarum tergo titulũ dari licebit. Diuo paulo secũdo: dominici gregis pastori piẽtissimo: rhomanæq̧ basilicæ pontifici maximo optimoq̧. In epistolæ autẽ medio. eius clementiam: sanctitatẽ: beatitudinem: amplitudinem: pietatemq̧ appellabimus:

Sũmus autem pontifex minores quoscunq̧ pontifices fratres: reliquos autem filios per litteras publicas appellabit. Vnde ad pontifices scribens inferiores: sic in litterarum fronte profatur. Paulus secũdus: diuino dei nutu: ouilis dñici custos designatus: dilectis fratribus: germanis episcopis: salutẽ & ap̄licam b̄ndictionẽ

Cæsarem uero sic aggredietur. Paulus secundus: diuina dispositione. christiani cultus moderator. dilecto

filio frederico tertio:rhomanorũ imperatori: augusto faustoq3:salutem & apostolicã benedictionem.

¶ Scismaticos autẽ gentilesq3 huiuscemodi titulo salutabit. Paulus secũdus dei gratia christianæ plebis antistes:mahumeto:turcorũ regi maximo:sanioris mentis spũm:rectiusq3 consilium exoptat.

Ad minores pontifices secũda regula

¶ Ponrifices minores:cardinalẽ:patriarchã:archiepiscopum:episcopum:protonotariũ:abbatẽq3 appellabimus quibus hos titulos adiciemus. Põtificẽ nãq3 minorem:in partem dominici gregis ascitũ:amplissimũ:uenerandissimũ:obseruandissimũ:piẽtissimũq3 dicẽtes:talem in epistolarum tergo. Si cardinali scribendũ erit:titulũ assignamus. Petro fuscaro:titulo diuini coleo:cardinali pontifici:patri pientissimo obseruãdissimoq3. In epistolæ autẽ medio: eius amplitudinẽ: obseruantiam:præstantiam:pietatemq3 appellabimus.

¶ Si patriarchæ autẽ:aut archiepiscopo: uel episcopo scribere uoluerimus. Sic in litterarum tergo dicemus. Laurentio. Zani:antiocheno patriarche obseruãdissimo:patri non minus pientissimo:q̃ uenerando In epistolæ autem medio: eisdẽ ferme & superioribus titulis utemur.

¶ Pronotariũ uero ĩ lrarũ tergo sic aggrediemur. Petro Dãdulo:Romanæ basilicæ protonotario: nõ minus accuratissimo:q̃ fideli:domino singulari.

¶ Abbates præterea & reliqui sacerdotes tali in epl'arum tergo sunt titulo decorandi. Petro Cornelio diui Frãcisci coenobitarũ antistiti:& religioso & optimo. Itẽ. Petro nigro:diuo iuliano dicatæ ædis ãtistiti: fla-

mini pientissimo:optimoq̧.In epistolæ aũt medio re uerentiã:dignitatem:paternitatemq̧ appellabimus.

Ad Cæsarem. Regula.III.

¶Romanorũ imperatorẽ:diuũ cæsarẽ:cæsareã maiestatẽ:xp̄ianæ reipu.tutorẽ:uexilliferũq̧ triũphatorem patrẽ patriæ:augustũ:inuictissimũ: faustissimũ:pientissimũq̧ dicemus.Cui tales in ep̄larũ tergo tituli tribuuntur.Federico tertio:diuino afflante spũ:romano rũ imperatori cæsariq̧ augustissimo faustissimoq̧.In epistolæ uero medio maiestatẽ: serenitatẽ: amplitudinẽ:potestatem:celsitudinẽq̧ appellabimus.

Ad regẽ uel minorẽ principẽ. Regula.IIII.

¶Regẽ:ducẽ:principẽ quoq̧ ac comitẽ:regiæ uel ducalis celsitudinis siue dignitatis decus:heroicarũ cultorẽ uirtutũ:principatus ornamentũ:regii cultrinis splẽdorẽ:& unicũ firmamentũ:xp̄ianissimũ: potẽtissimũ magnificentissimũ:magnanimũ:fortissimũ:inclitum foelicissimũ: serenissimũ: illustrissimumq̧ appellabimus.Cui tales in ep̄larũ tergo titulos adiiciemus. carolo triplicis galliæ regi xp̄ianissimo:regiiq̧ culminis splẽdori serenissimo:illustrissimoq̧.In ep̄læ uero medio maiestatẽ:serenitatẽ:celsitudinẽ:potẽtiã:amplitudinẽ:magnanimitatẽ:foelicitatẽq̧ dicemus.

Ad equitem aureatũ. Regula.V.

¶Equitem equestris ordinis uirũ:militiæ decus: reipub.columen:patriæ spem amplissimã: fidissimamq̧ splendidissimum:generosum:excellentissimũ:clarissimum:inclitum:magnanimũ:potẽtem: fortẽ:strenuissimũq̧ dicemus.Cui in litterarũ tergo hos titulos tribuemus.Bernardo Iustiniano splendidissimo eque-

ſtris ordinis uiro: patritio ueneto: militiæ decori: reiq̃ publicæ firmamento. In epiſtolæ uero medio ſplendorem: generoſitatem: excellentiam: claritatem: ſtrenuitatemq̃ appellabimus.

Ad patricium. Regula. VI.

¶ Patricium ſenatorii ordinis uirum: ſenatorem: magnificum: ſpectatiſſimum: nobilem: generoſum: ornatiſſimum: clariſſimum: inſignem: ſpectabilem: integerrimum: prudentiſſimum: ſapiẽtiſſimũq̃ dicemus. cui in epiſtolarũ tergo hos titulos dare licebit. Ioanni Fuſcareno patricio ueneto ſenatoriiq̃ ordinis uiro integerrimo optimoq̃. In epiſtolæ uero medio magnificẽtiã ſpectabilitatẽ nobilitatẽ: generoſitatẽ: claritudinẽ: integritatẽ: prudentiam: ſapientiamq̃ dicemus.

¶ Illud quoq̃ annotatione dignũ cenſemus: non tantum patricios: uerum & conſulares quoſcunq̃ uiros urbium præfectos: conſules: procõſules: prætores honoratis faſcibus decoratos: necnõ & cæteroſ magiſtratus: his plerũq̃ titulis non abſurde ſalutandos: ut ſuperius diximus.

Ad plebeios. Regula. VII.

¶ Plebeios uiros tripartitos reperimus: aut enim maiores ſunt: aut medioximi: aut minores.

¶ Maiorẽ plebeiũ: ſpectabilẽ ſapientẽ: præſtantẽ: præcipuũ ſingularẽ: officioſũ: cõſumatũ uirũ: itegerrimũ ornatiſſimũ: bñficẽtiſſimũ: ſpectatiſſimũq̃ dicemus. Cui in epl'arum tergo tales titulos adiiciemus. Iacobo philetio, plebei ordinis uiro præcipuo ac ſingulari. In epl'æ uero medio: ſpectabilitatem: ſapientiã: pſtãtiam integritatem: beneficentiamq̃ appellamus.

¶ Medioximū plebeiū: egregiū: prudentē: humanissimū: benignissimū: probissimūq; dicemus. Cui in litterarum tergo tales titulos dabimus. Hieronymo malatheno, plebei ordinis uiro humanissimo: pbissimoq;. In epistolæ uero medio: prudentiā: humanitatem: benignitatem: probitatemq; appellabimus.

¶ Minorem autem plebeium: discretū: moratū: industrium: solertē: exptum: diligentissimūq; uirum: obsequentē: accuratum: fidelissimūq; dicemus. Cui in epistolarum tergo tales titulos tribuemus. Antonio pecino: architecto. uiro tā industrio. q̄ accurato. In epistolæ uero medio: industriā: solertiam diligentiam fidemq; dicemus.

Ad studiosos uiros: & primo ad theologum.
Regula. VIII.

¶ Studiosos uiros oēs appellamus: quos cuicūq; scientiæ deditos scimus. quorū titulos per ordinē suisq; locis ordinabimus. Et primo de theologis. Theologū igitur. diuinarū. hūanarūq; rerū interpretē. sacrarū litterarū cultorem. sacræ paginæ professorem. diuini cultus moderatorē. diuinæ uoluntatis expositorē: sapientissimum: eximium: excellentissimū: diuinumq; dicemus. Cui tales in litterarū tergo titulos dabimus. Paulo pergulensi. sacræ paginæ professori. tam sapientissimo q̄ diuinissimo In epl'æ uero medio: sapiētiā excellētiāq; dicemus. Ad iureconsultū. Regula. IX.

¶ Iureconsultum diuinarū humanarūq; rerum interpretem: pontificii uel cæsarei iuris doctorē. uel loritā: diuini: uel humani iuris moderatorē: utriusq; iuris pfessorem: iureconsultorū cōsultissimū: sapiētissimum

optimū eximiū:excellentissimū:æquissimū:integerrimūq3 dicemus. Cui i epistolarū tergo tales titulos dabimus. Alexádro neuo. diuinarū humanarumq3 legū interpti.tam excellentissimo q̄ æquissimo. In epistolæ aūt medio: sapiam: pbitatē: excellentiā: æquitatē: integritatemq3 dicemus.

Ad medicum. Regula. X.

¶ Medicū: humanæ salutis moderatorē: auxiliatorē: tutorem conseruatorem: remediumq3 medicæ artis pfessorem: morborum curatorem. ægritudinū propulsatorem: accuratissimum: promptissimum: expertissimum: diligentissimūq3 dicemus. Cui tales in epistolarum tergo tituli assignantur. Gerardo ueronensi. medicæ artis professori: tam accuratissimo: q̄ doctissimo Sed in epistolæ medio: sapientiā: excellentiam: doctrinamq3 dicemus.

Ad philosophū dialecticumq3. Regula. XI.

¶ Philosophum sophiæ filiū nature exploratorē: causarū speculatorē: sapiētiæ amatorē: filiumq3 sapiētissimū: modestissimū: excellentissiū: grauissimū: acutissimū: speculatissimūq3 dicemus. Cui in epl'arū tergo tales titulos trademus. Antonio Cornelio philosopho excellētissimo: naturæq3 exploratori non minus accurato q̄ acutissimo. In epl'æ aūt medio sapiētiam: modestiā: excellentiā: grauitatē: speculationē: acumēq3 dicemus.

Ad mathematicum. Regula. XII.

¶ Mathematicū arithmeticæ: uel geometriæ uel sideralis sciētiæ pfessorē: fatorum expositorem: diuini numinis conscīū: siderū speculatorem: phætōtei cursus exploratorē: uel immobilis magnitudinis metitorē: uel

discretæ quantitatis supputatorē accuratissimū: subtilissimum: acutissimum: prudentissimum: perspicacem excellentissimum: diuinum: sapiētissimumq3 dicemus. Cui tales in epistolarū tergo tituli assignantur. Dominico baragadeno mathematicæ artis professori nō minus accuratissimo q̄ doctissimo. In epistolæ uero medio acumen: subtilitatē: prudentiam: sapientiā: excellētiam: perspicacitatēq3 dicemus.

Ad musicum uatemq3. Regula. XIII.

¶ Musicum uatemq3 eisdem ferme titulis decoramus cælestis armoniæ imitatorē appellantes: pieridum filium: musarum alumnum: apollini sacratum: thespiadū choro dicatum: hippocrenidum choro sacratum: pegasidum amicum: libetridū cultorem: pegasæo liquore saturatum: lauro insignem: pallida decoratum hædera pirenæo fonte potum: castallii fontis domesticum: parnasii fluminis non ignarum: cephisi gurgitis ue' fluminis non exptem. hæliconiæ rupis accolam: parnasii nemoris exploratorem: cyrrhæi iugi non alienum: aonii montis habitatorem: phoebæi numinis interp̄tem testudineæ lyræ moderatorē: nouenarum sororum decātatorem: parnasiæ ædis ciuem: sacrum: diuinum: elegātissimum: facundissimum: suauissimum: iucūdissimū ornatissimū canorū. sonorū. argutum. decentissimū. celebratissimū. expolitissimū. altisonum. dulcisonum mellifluumq3 dicemus. Cui in epistolarum tergo tales merito titulos tribuemus. Ioāni mario phelpho. musarum cultori. tam ornatissimo. q̄ eleganti. In epistolæ uero medio diuinitatem: elegantiam: facundiam: suauitatem: ornatum: integritatem nobilitatem: excellen-

tiamq; dicemus.

¶ Ad oratorem. Regula. XIIII.

¶ Oratorem forensium causarum tutorem. latini eloquii moderatorem. pedestris orationis decus: patriæ linguæ unicum splendorem. reip. consultorē. sanctarū legum asseruatorē. canoram uirtutis tubam. rhomanæ lingue decus. facūdissimū. disertissimum. eloquentissimū. elegantissimū. limatissimū. expolitissimū. amātissimum. copiosissimum. grauissimūq; dicemus. Cui in epistolarū tergo tales titulos dabimus. Benedicto Brognolo. oratori facundissimo. rhomanæq; lingue moderatori. dißtissimo. eloquētissimoq;. In epistolæ uero medio. facundiam. elegantiā. eloquentiam. grauitatem. nobilitatem. præstantiam. excellentiam. integritatemq; dicemus.

Ad grammaticum. Regula. XV.

¶ Grammaticum reipublicæ litterariæ columen: latini sermonis exploratorem: humani studii principem: litterariæ disciplinæ moderatorem: auctorem poetarū q; interpretem humani codicis expositorē: latinæ originis exploratorem: humanissimum: accuratissimum disertissimum: ornatissimum: copiosissimum: doctissimumq; dicemus. Cui tales in litterarū tergo titulos dabimus. Pomponio romano: utriusq; linguæ moderatori. tam humanissimo: q̄ ornatissimo. In epistolæ autē medio: humanitatem: elegantiam: eloquentiam: doctrinam: excellentiā: nobilitatē: præstantiā: integritatēq; dicemus seu appellabimus.

Ad scolasticum. Regula. XVI.

¶ Scholasticum quēq;: de uirtute benemeritū littera-

riæ disciplinæ dicatũ: utriusq; uirtutis floribus ornatũ litterarum haud exptem: bonarum artiũ studiossimũ eruditum: doctũ: studiiq; decus humani dicemus. Cui tales in epistolarũ tergo titulos dabimus. Iacobo cõta réno: utriusq; uirtutis cultori: tã studiosissimo q̃ acura tissimo. In ep̃læ uero medio: hũanitatẽ: elegantiã: eloquẽtiã: doctrinã: excellẽtiã: nobilitatẽ: p̃stãtiã: ĩtegrita temq; dicemus. Ad cognatos. Regula. XVII

Pater filiũ: uel nepotẽ: charissimũ: dulcissimũ: pien tissimũ: dilectissimũ: læpidissimum: suauissimũq; ap pellat. Filius aũt patrẽ: uel patruũ: honorãdũ: obseruã dum: pientissimum: probissimum: humanissimũ: ue nerandum colendumq; dicit. Quibus tales in episto larum tergo tituli tribuuntur. Filius ad patrem. Petro Cornelio patri suauissimo pientissimoq;. Pater uero ad filium. Ioãni Cornelio filio charissimo suauissimo q;. In epistolarum autem medio pater ad filium: pietatem charitatem: amorem: beniuolentiamq; appellabit Itidem filius ad patrem. sed paternitatem: obseruantiã dignitatem: probitatemq; dicere solet.

Ad foeminas. Regula. XVIII.

Foeminam: castitatis decus: pudicitiæ exemplum: honestatis speculum pudicissimam: castissimam: integerrimam: honestissimam: primariamq; dicemus Cui in epistolarum tergo tales titulos dabimus. Lucretiæ corneliæ foeminæ primariæ integerrimæq;. In episto læ uero medio honestatẽ: pudicitiã: castitatẽ: integrita tẽq; appellabimus. Illud aũt sciẽdũ est. q̃ foeminæ uirorũ suorum titulis decorandæ sũt. Proide ex supiori bus secũdũ rei p̃sonæq; exigentiã: nõ tãtũ in hoc sexu

uerũ etiã in altero: uir accuratissimus quisq; ex se poterit condecentes titulos assignare: & maxime quia multi sunt: quibus diuersi sunt attribuendi tituli: propter uariam eorum conditionem. Peroratio.

¶Iam annuente deo: magnifice Iacobe: ad peroptatũ finem deductum est opus nostrum: quod eo libentius perfeci: qđ & illud magnificentiã tuam maxime per optare intelligebã: & plerosq; etiam huius nouæ artis meæ percupidos uidebam: quibus omnibus satisfaciẽdum esse duxi: & tibi præcipue: quẽ ego & amo & mirifice obseruo. Nam cum tua in me beneficia memori mente reuoluo: quibus me non solum exacto tempore assidue affecisti: sed etiam quottidie afficere non desinis: semp cõsidero quonã potissimũ pacto tuæ possim uolũtati morẽ gerere Et mihi pfecto gratissimum iucũdissimũq; sp accidit: qcq̃d pro tua dignitate etiã cũ maximo labore meo reddere possũ. Nec id qđẽ iiiuria quũ eni magis magisq; indies emolior: ut tecũ beneficiis certare possim. tu magis magisq; adeo respondes. ut me semper benignitate ac liberalitate & munificencia a te uictum esse fatear necesse sit. Et merito illud poeticum figmentum in te compleri uideo. qđ illi simplicem dicunt charitatem. duplices semper sorores remittere solitam. Tu enim nunq̃ unicã euphrosinẽ meam recepisti. quin illi æglen thaliamq; cum sũma beneficentissime remiseris. Hinc ortum est. ut non ego solum. qui inter cæteros oratores siue poetas minimus sũ appellandus. sed & cæteri quoq; omnes. qui tuam hanc liberalitatem agnoscunt. quotidie meditẽtur quibus potissimum sis muneribus afficiẽdus. Suscipe igi

tur læto uultu ex hilariqꝫ facie quæ tibi munera damus
Et fac ut nostri memor sis: qui maximo cupimus ardo
re: ut aliquãdo intelligas: hanc tibi etiam animã nr̃am
perpetua seruitute dicatam esse. Vale.

¶ Iacobus geroldus styrus: Cnitelfendensis: bonarũ
artium doctor: ac patauinæ academiæ moderator: Ex
cellẽtissimo doctori: Frãcisco nigro: Veneto tã orato
rum q̃ poetarum principi foelicitatem.

¶ Excogitabam mecũ ipse diebus istis: Frãcisce charis
sime: quonã potissimũ pacto tibi possem: si nõ maio
res: pares tamen pro tantis in me beneficiis tuis grati
as referre. Nam agere quidẽ satis posse confidebã: sed
nõ in uerbis cõsistit humanæ societatis cõseruatio: ast
potius in beneficiorũ multorum uicissitudine. Et pro
fecto nihil reperire poterã præstãtia dignum: ex quo
intelligeres animũ meũ tibi esse gratissimũ. Sed cum
in hac diutius dubitatione manerẽ: supuenit etiã p̃stã
tissimũ opus tuum: mihi nuperrime dedicatũ: in quo
tam facũdissime: tãqꝫ copiosissime nouam epistolarũ
cõponendarũ artem inuenisti: ut nequeã profecto illã
uel satis mirari: uel etiã satis cõmendare. Vnde si prius
mens mea dubia erat: quo pacto possem pro tãtis in
me beneficiis tuis tibi pares gratias reddere: nunc mul
to magis dubia relinquitur: nec penitus scio: quemad
modũ possim tãta beneficia etiam summa animi mei
gratitudine cõsequi. nã nõ est ad diuinæ huius bñficẽ
tiæ tuæ laudẽ: a mea remuneratiõe aliqua uel par uel si
milis cõparatio. Hæc eni fluxa & uana. illa uero stabi
lis & immortalis: & ideo nõ nisi ab imortali corpore
exequẽda. Proinde hoc est ad animũ deferẽdũ quod

suũ erat corporis pficere Animus igitur qui per se im mortalis ē & diuinus: quod corpus tibi nec agere nec referre pōt: illud ppetua ac memori mente semper habere pollicet. Tibi igitur Fráncisce charissime: pter hác imortalē apud me tui memoriá: si quid est quod mea opera ut uolueris: tuũ est præcipere: meũ autem iussa tua q̃libētissime exequi. Vale.

¶ Opusculũ hoc de scribendi epistolas ratione q̃ diligentissime emendatũ: Impressum est in regali ciuitate burgeñ. per Fredericũ basiliensem germanice nationis Anno dñi. M. cccclxxxxiiii. die uero. xii. mēsis aprilis.

Deo Gratias.

